

© Bodleian Heritage Library (http://www.bodleianlibrary.org/www/about-us)

# Матеріалы

КЪ БЛИЖАЙШЕМУ ПОЗНАНІЮ

ПРОЗЯБАЕМОСТИ

РОССІЙСКОЙ ИМПЕРІИ.

ИЗДАНІЕ

ИМПЕРАТОРСКОЙ АКАДЕМІИ НАУКЪ.



КНИЖКА ТРЕТЬЯ.



САНКТПЕТЕРБУРГЪ.

1845.

ВЪ ТИПОГРАФІИ ИМПЕРАТОРСКОЙ АКАДЕМІИ НАУКЪ.

Beiträge

zur


pflanzenkunde

des

**Russischen Reiches.**

Herausgegeben

von der Kaiserlichen Academie der Wissenschaften.



Dritte Lieferung.

3



St. Petersburg, 1845.

Buchdruckerei der Kaiserlichen Akademie der Wissenschaften.



# PLANNING

AND  
CONSTRUCTION

FOR THE DEVELOPMENT OF THE

INDUSTRIAL

AND COMMERCIAL

DEVELOPMENT OF THE

**DISTRIBUTIO**  
**CRYPTOGAMARUM VASCULARIUM**  
**IN**  
**IMPERIO ROSSICO**  
**AUCTORE**  
**F. J. RUPRECHT.**

WESTMINSTER

CHURCH OF THE HOLY TRINITY

THE WESTMINSTER

CHURCH

OF THE HOLY TRINITY

**VIRO EXCELLENTISSIMO**

**F. E. L. FISCHER**

**DISSERTATIONIS HUIUS FAUTORI**

**D.**

UNIVERSITY OF MICHIGAN

LIBRARY

ANN ARBOR, MICHIGAN

**Cryptogamas vasculares**, sensu cl. Bartling, quoad rationes potissimum geographicas, nemine nisi forsan Georgio praeunte, membranis extus positis divulgans, L. B. jam exordio ad specialia delegasse, veniam peto.

Catalogi auctorum patriorum et herbarum vestigatores, plantas has interdum negligentes, licet venustas et attentione dignas, at vulgo cryptogamas, non parum in culpa sunt et quodam modo me excusant, si dissertatio haec partibus suis non tam expleta invenitur, ac fortasse praestolata erat. Conversa etiam in rem meam collectionibus Ill. Academiae aliorumque fautorum, numquam de extensione geographica sibiricarum tam plene, ac nunc fieri poterat, nuntias adferre par fuisset, nisi tomum quintum Florae sibiricae Gmelini senioris jamjam deploratum in lucem protrahere mihi contigisset, qua re lectoribus sane et mihi gratulor. Ille enim vir, quem laudibus extollere valde supervacaneum foret, non solum spatio decem annorum Sibiriam peragravit (exemplum profecto rarum, unde gravissimum illi in geographica plantarum distributione suffragium concedendum), verum etiam ante obitum suum anno 1755 integram Sibiriae Floram tam clare expositam reliquit partimque edidit, ut vel cryptogamarum vascularium species 38 in tomo V



adlatae, ex adnotationibus manu scriptis facili negotio enucleari poterant, exceptis forsitan Equisetis difficilibus, apud auctores multo recentiores adhuc obscuris. Quam maxime autem me delectarunt: Woodsia glabella R. Brown 1823, Aspidium crenatum Sommerf. 1834, Lycopodium boreale Kaulf. 1824, Lycopodium juniperoideum Sw. 1806 aliaeque, a Gmelino ibi pro novis speciebus descriptae.

In sequentibus pagellis species Cryptogamarum vascularium 96 primi et 33 secundi ordinis s. d. varietates characteres suos interdum constanter servantes, enumeratae inveniuntur, e quorum numero Linnaeo et patribus suis jam notae 56+1, auctoribus post Linnaeum 30+22, heic vero prima vice 10+10 obveniunt, priorum etiam non paucae imperio Rossico nunc demum vindicantur; e quibus patet, campum hunc, in quo ars exsultare possit, non prorsus jam sterilem evasisse.

Characteres ordinum, generum specierumque, nisi novarum, ut scopo alieni, nullibi hic, sed in aliis fontibus quaerendi sunt; sic in Charis praecipue cl. Braun, in Equisetis cl. Meyer, in Lycopodiis monographia cl. Spring, in Filicaceis b.b. Schkuhr et Willdenow, in systemate ac generibus earum tentamen cl. Presl, nec non scripta cl. Kunze et Hooker, in anatomicis ac morphologicis rationibus cl. Bischoff et Roeper aptissime consultari et horum auctores citati propius perspicui possunt.

---

## CHARACEAE.

Charam, genus a Vaillantio 1719 constitutum, hic cum cel. Al. Braun in sectiones tantum, nec genera plura divisam exposui; tum ob conformationem partium sublimium in universum aut seorsim, aut per transitus in diversis speciebus aequalem, non nisi situ mutuo quodam modo nec tamen conformi separabilibus, e. g. dioicae a ceteris; tum ob reliquos characteres e vegetatione desumptos, omnino parallelos, at vix stricte limitatos (v. c. caulem mono-vel polysiphonium), qui species invicem vere affines (v. g. Charam scopariam et Ch. coronatam) generice divellerent et perspecta evolutione membrisque exoticis facile ipsi labefactarentur; salva igitur auctorum nomenclatura antiquiori genus etiam sic disponi posse, reor.

A. Nitella Ag. 1824. Caulis (ob tubulum simplicem) laevis, semper inermis. Ramuli fructiferi saepe furcati. Nuculae ebracteatae, ovato-globosae, saepe minutae et paucistriatae; striis plerumque 7. Sporae basi obtusiusculae. Globuli solitarii in furcis ramulorum paulo supra nuculas positi. — Flexiles, virides vel tenui-incrustatae. Ch. syncarpa, Ch. opaca et Ch. stelligera dioicae; Ch. ulvoides fertilis nondum innotuit, Ch. stelligera tantum globulifera visa.

Experientia rata ductus, in hac familia omnibus stationibus ex auctoribus patruis citandis abstinere debui; imperfectionem exinde natam ipse optime at irrita perspicio.

1. Chara glomerulifera\*. In aquis pigris deserti Cuman. (Hb. M. Bieb.!) Hanc majori ex parte refert Chara

*flexilis* M. Bieb. Fl. Taur. Cauc. II et III n. 1864 (frustula alius novae speciei admixta sunt in Hb.), quae Bruzelio et Agardhio auctoribus ad *Ch. translucentem* Pers. referenda esset; sed ab hac Caucasica nostra discedit: caule humili 3pollicari, (equidem unum tantum specimen illaesum vidi) ramisque minus nitentibus tenuioribus (crassissimis  $\frac{1}{3}$  lin.), praecipue vero ramulis ultimis glomerulorum fertilium obtusissimis, nec tricuspidatis, triplo longioribus, articulatis; glomeruli ideoque minus denudati adparent ac in *Ch. translucente* et numquam apici rami crassi insidentes; articuli spurii (e plicis tubulorum formati) in ramis nulli; rami primarii subterni, indivisi, glomerulos axillares longe involucrantes; ut et caulis aliquoties constricto articulati. *Charae stelligeræ globuliferae* adjungi nequit ob defectum gemmarum stelliformium et utrumque sexum in eodem ramulo mixtum, neque ei affinis est. In *Chara glomerulifera* nuculae subglobosae, 7—8 striatae, coronula brevissima obtusa; viridis quidem est, sed non sine vestigiis calcis; duplo saltem crassior quam *Ch. nidifica*. Revera proxima nostrae est: *Chara glomerata* Braun in Flora 1835 (*Chara flexilis*  $\delta$ . prolifera Wallr.! 1833 quoddam specc. Anglica, Paris. et Hafniensia in Hb. Mert.), sed differt glaucescencia ramulisque ultimis triplo longioribus, etiam caule ramoso. *Chara translucens* Reichb. fig. 1086 et fors. Engl. Bot. tab. 1855 diversas exhibent species, nostram cum expositione Braunii congruam e Normandia (Vire), Rouen et Parisiis vidi.

2. *Chara nidifica* Roth Catal II. 126 et Agardh, vix Smith. (Conserva nidifica Müller Fl. Dan. 1778 tab. 761!) In mari baltico pr. Kauggern (Fleischer!), etiam Revaliae a mari rejicitur (Baer!). Ramulis ultimis congestis, multiarticulatis, obtusis statim a *Chara commutata* dignoscitur, neque arcte ei affinis est. Specimina Danica marina pr. Hafniam et Hoffmannsgave lecta comparavi. Haec species in monographia cel. Braun deest et non confundenda cum similibus *Ch. glomerata* et *Ch. polysperma*; semper lacte viridis et nitens, rami steriles indivisi.

3. *Chara stelligera* Bauer! ap. Mössler 1829. Reichenb. Icon. fig. 1087. Petrowsko Schagarowa in gubernio Kursk pr. Dmitriew (Höfft! in Hb. Acad. Kühlew. Meyer.), unde sterilem, at cum gemmis et ceterum cum Berolinensi plane conformem vidi. Eadem quoque est *Chara elongata* Wallr. 1815! in Hb. Mertens.

4. *Chara commutata* \* (*Ch. flexilis* Auct. nonnull. v. g. Braun, at vix Linné Suec. quae „in maritimis Roslagiae rarius obvia“ planta adhuc dubia est et forsan *Ch. nidifica*; vide Wahlenb. Suec.) Petropoli: in aquis dulcibus stagnantibus (Hb. Acad.! L. Bar. Grewenitz!); Pskow (Hb. excell. Fischer!); Kamtschatka: in aquis stagnantibus ad promontorium Lopatka. (Rieder! in Hb. horti Imp. bot.) Specimina haec conveniunt cum germanicis pr. Bremam, Leesum, Speyer et Schnepfenthal crescentibus. Nulla hujus speciei exstat icon bona; Wahlenberg in Fl. Lapp. valde laudat: Engl. Bot. tab. 1070, sed haec dioica videtur et ab Agardhio ad *Ch. opacam* transfertur; Schmiedelii tab. 14 nimis rudis; Schkubrii t. 280 formam nimis regularem et tenuem repraesentat; magis placet fig. 1071 Icon. Reichenbachii, si verticillorum ramos semel tantum furcatos sine apiculis geminatis et nuculas subsolitarias, interdum ramulo indiviso lateraliter insidentes fingimus. *Chara syncarpa* Thuill! nostrae omnino valde similis est et non semper ramulis fructiferis longioribus et indivisis differt, sexu tamen dioico nuculisque numquam fere solitariis dignosci potest.

5. *Chara capitata* Nees ab Esenb. 1818. tab. 6. In gubernio Kursk prope Dmitriew (Höfft! in Hb. Kühlewein) figurâ 1074 apud Reichenb. exhibitâ. *Chara syncarpa* Thuill. 1790 sec. specimen Parisiense ab auctore b. Mertensio 1808 communicatum differt saltem varietate a nostra et Berolinensi: nuculis duplo majoribus, rarius capitato-congestis, sed momento Thuillier plerumque ternis, supra medium ramuli insertis, habitu etiam crassiore; haec videtur *Chara syncarpa*  $\beta$ . *pseudoflexilis* Al. Braun.



6. *Chara mucronata* Al. Braun 1834 (*Chara flexilis* Reichenb. fig. 1071.) In Ucraina pr. Charcow. (Horaninow!)

7. *Chara gracilis* Smith 1810 Mereffa prope Charcow. ('Tschernajew!') Icon Reichenb. fig. 1069 habitum nostrae bene exprimit, sed ramuli ultimi semel bisve articulati ut in plantis Berolinensibus quoque conspicio; forsan Anglica, saltem in Engl. Bot. tab. 2140 depicta, diversa est; nescio, quis synonymiam rite stabiliverit.

8. *Chara longifurca* \* Songaria ad fluv. Narym. (Hb. Acad.!) Unicum modo caespitem inter copiam largam *Charae condensatae* inveni; ab hac facile dignoscitur verticillis minime globatis, sed e ramis quinque subaequilongis, repetito furcatis compositis; ramuli ultimi s. furcae 2—3 lineas longae, interdum spurie articulae et apice, saltem juniores abrupte cuspidatae, geminatae vel saepe ramulo tertio breviori auctae, in *Chara condensata* vero quaternatim vel umbellatim dispositae et brevissimae. Statura non differt Opaca et obscure viridis. Nuculae sparsae, 5—6 striatae, infra globulos posita. A *Chara mucronata* praesertim discedit statura minore, tubulis caulinis et rameis duplo saltem tenuioribus, furcis singularibus et s. p.

9. *Chara condensata* \* Songaria ad fl. Narym d. 18 Augusti mensis. (Hb. Acad.!) Charam batrachospermam Reichenb. fig. 1070 ferme refert, si hanc omni ex parte triplo majorem cassioremque ponamus, verticillosque magis pyramidales, inferiores steriles e ramis numerosis! laxis, effusis formatos, quorum minores simpliciter, majores trilineales bis diramificati sunt: ramulis ultimis sive furcis subquaternis, versus basin parum angustatis, apiculo hyalino instructis, ceterum inarticulatis! qua nota statim a *Chara stellata* Wallrothii 1815 (ex ipsa manu Wolfii) habitu omnino simili distinguitur, quae nequitum cum *Chara batrachosperma* Rehb., facilius vero cum *Chara gracili* confundi potest. A *Chara hyalina* De Cand., mihi solum e reformatione Braunii nota, diversa videtur nuculis 9 striatis aliisque forsitan characteribus, hinc distinctam adhuc servarem. Saturate viridis est; nucu-

lae infra globulos positae: juniores ovaes, globulo fere duplo minores, 8—9 striatae; coronula brevis, basi non constricta. Chara hyalina a Candollio in Fl. Franç. 1815 descripta, ex Lausanne, Mans et Nantes indicata, nisi mixta species, pluribus certe notis a nostra Chara condensata abhorret. — Hujus etiam speciei, ni fallor, caespites tres habitu inter se conformes, e Songariae paludibus ad lacum Alakul 15 Julio (in exped. Schrenkii!) lectos perscutatus sum, eosque juveniles (nuculae enim rarae inter globulos numerosos, minimae, ovaes), hinc typo facile omni ex parte duplo minores tenuioresque explicarem; in tali statu Charae tenuissimae Dsv. et Rehb. individuis crassioribus non parum similes sunt, sed glomeruli terminales multo exactius globosi, nec ad formam cylindricam vergunt, ramuli etiam crassiores et numquam e nodo quatinus egredientes. Anne Chara interrupta juvenilis? ob colorem tamen huc reponere maluissem, at nec absolute negarem, varietatem constanter pumilam efficere posse. Aquae stagnantes Songariae plerumque salsae sunt.

10. Chara interrupta \* Songaria: ad fl. Dshilantschik. (Exped. Schrenk!) Charae condensatae vere affinis et singulis partibus ita conformis, ut vix nisi habitu singulari distinguere possit. Comparata utriusque speciei copia individuorum sufficiente, numquam transitus mutuos offendi; glomeruli etiam superiores longe interrupti, tubulo deorsum sensim ultrapollinari conjuncti, e statu proveciori Charae condensatae derivari nequeunt, 3 hebdomatibus enim ocus (fine Julii mensis) collecta et jam incrustatione oblecta est. Fig. 1068 Reichenb. Icon. quodam modo imaginem speciei praesentis offert, sed nostra saltem duplo crassior, ut alia, praecipue ramulos in nodo plurimos inaequales (nec 5) taceam; magis nitet atque in statu sicco amoenior viridis est, quam Chara condensata; statura saepe procerior, ramuli vero (mensura subtiliori aut comparatione reiterata) paulo tenuiores deprehenduntur; nuculae copiosae, maturae compressione crepitantes, globuli parci.

B. Lychnothamnus \* (Charae pleurogynae Braun 1834.)

Caulis laevis, inermis. Nuculae bracteatae; striis sub 10. Globuli inter bracteas ad utrumque saepe latus nuculae positi. — Virides vel tenuissime incrustatae, infra verticillos primarios coronato-bracteatae; excepta *Ch. barbata marinae* et *corneae*. Huc exotica *Ch. macropogon* Br. et Europeae: *Ch. barbata* Meyen, *Ch. Pouzolsii* Braun et *Ch. Wallrothii* \* (*Ch. papulosa* Wallr. 1833 excl. *papul.*). Caulis *Ch. barbatae* interdum incomplete striatus; globulos in *Ch. Wallrothii* tantum solitarios ad latus nuculae fere globosae invenire potui. Nulla species hujus sectionis e Russia innotuit.

*C. Charopsis* Kütz. 1843, a cl. Bischoff 1828 indigitata, ob numerum potiorum specierum ad *Ch. coronatam*, *Ch. scopariam* et affines restringenda. Caulis laevis, inermis vel (in *Ch. scoparia*) tenuissime striatus et papuloso-aculeolatus. Nuculae bracteatae, formâ *Charis* genuinis, striis Nitellis accedentes. Globulorum situs ut in *Charis* sect. seq. — Flexiles, virides vel zonatim incrustatae.

11. *Chara eremosperma* \* Songaria: ad fluv. Narym. (Hb. Acad.!) Proxima *Charae coronatae* Ziz! et probabiliter tantum varietas hujus tenuior et minor; nuculae tamen in quolibet articulo solitariae; coronula acute dentata. Exemplaria aliquot visa, nuculis maturis onusta, numquam geminatim positis, altitudinem 3 pollicum non excedebant; incompleta quoque ex Astrachanensi ditione in Hb. Fischeriano vidi.

D. *Chara* Agardh. 1824. Caulis (ob tubulos aggregatos) striatus, papillis obsitus non raro aculeiformibus; ramuli fructiferi verticillati. Nuculae in latere interiore ramulorum bracteatae, plerumque oblongae, striis 12—15. Sporae basi spinulis coronatae. Globuli infra bracteas et nuculas positi. — Saepe incrustatae et in sicco statu fragiles; ad dioicas spectant: *Ch. tomentosa*, *Ch. hispida* nostra, *Ch. crinita* et *Ch. connivens*.

12. *Chara vulgaris* Smith in Engl. Bot. tab. 336 et ut nullus dubito etiam Linnaei. (*Ch. foetida* A. Braun et *Ch. vulgaris foetida* Vaill. 1719) *Chara vulgaris* Linnaei „in



locis quibusdam fluvii Calicensis, qui e Lapponia currit“ copiose crescens, in Fl. Lapp. 1737 primum illustrata et nomine triviali proposita fuit; haec igitur, si Linnaeo in Charis determinandis auctoritas tribuitur, prius respicienda est, quam Spec. plant. et Fl. Suec. Locus vero natalis Fl. Lapp. ut videtur, nullibi apud auctores Suecos recentiores occurrit citatus. E synonymis a Linnaeo allatis parum lucis: illud Pontederæ forsitan ad Ch. Hedwigii spectat, Dillenii imo pro Ch. flexili a Bruzelio et Agardhio interpretatur, cetera ad Ch. vulgarem Smith certo certius pertinent. Tunc temporis Linnaeo Vaillantius auctor in Charis præcipuus erat; crederem porro, Linnaeum sub Chara vulgari non aliam intellexisse, quam Charam vulgarem foetidam Vaillantii, et ut a simili Chara 5ta Vaill. „foliis senis, inferioribus integris“ i. e. bracteis minimis tantum obsitis ut ex fig. 5 patet, distinguatur, Linnaeus verba posuit „frondes interne dentatae“ quales in fig. J. Bauhini quoque repræsentantur. Haec Chara 5ta Vaillantii „dans l'Étang de Villebon, parc de Meadon“ crescens, quoad fig. 5. Charam fragilem aut var. ejus non male refert et species erat Linnaeo ignota et nullibi in scriptis ejus obvia. Si porro Chara vulgaris a Linnaeo „caulibus laevibus“ describitur, id non caulibus striato-sulcatis aut granulosis, ut puto, opponitur, sed caulibus aculeatis vel spinosis Charæ hispidae et Ch. tomentosae, ac pendet e synonymo allegato „Chara caulibus laevibus“ Roy. Lugdb. Quibus perpensis in sententiam ab illa Bruzelii omniumque fere auctorum posteriorum, excepto Wahlenbergio, oppositam abire minime dubito et nomen Vaillantii atque Linnaei abhinc firmitus quam antea stabilitum tam diu existimo, quoad contra omnium expectationem loco, in Fl. Lapp. a Linnaeo et in Bot. Parisiensi a Vaillantio specialissime indicato (in fossis secus viam regiam a Villiers ad Mallenoüe ducentem cum Chara 3tia et 5ta sive, ut divinarem, Chara spinosa et Ch. pulchella) Charam vulgarem nostram deesse aliamque inveniri, pro certo constet. Difficultas quaedam adesse videtur in explicatione Ch. vulgaris foetidae Vaill. fig. 1 sinistra



(dextra enim aperte genuina est species nostra), quae forsā a nonnullis pro *Chara fragili* interpretatur, sed pari jure *Charae vulgaris* forma minor, verticillorum ramulis incurvatis esse potest, tenuitate enim superatur a *Chara vulgari* Wallr. Ann. tab. 1. Restat in universum, ut loca natalia in scriptis patrum nostrorum tam religiose indicata solertius lustrentur, tunc quoque species studiis criticis subjectas non eversum, sed potius corroboratum iri confidenter exspectamus. *Chara vulgaris* typica crescit: Petropoli! (Weinmann 1824); in Livonia (Hb. Meyer!); in Curonia frequens et ad var. intermediam saepe vergens (Fleischer et Lindemann!); in Tauria et Caucaso: in aquis stagnantibus copiose (M. Bieb. II et III n. 1863 excl. synn. ex autopsia Hb. ejus, specimen tauricum normale et aliud deserti Cumani ramulis viridibus, continentis): v. g. pr. Pjätigorsk et Stawropol (Höfft! in Hb. Kühlew.) prope pagum Kasbek altit 5400' et in lacu alpino Shamlogh-ghöll montis Kaepes provinciae Karabagh, quo ultimo loco solito crassior, 10pedalis et ultra. (Kolenati!)

Haec species etiam obvenit strigis paucissimis in summo apice caulis: ad fl. Emeel in Songaria (Exped. Schrenk!) — vel aculeis magis distinctis et confertis: Livonia pr. Dorpat (Hb. Meyer!); Curonia pr. Mitaviam et Durben (Fleischer!); Sibiria altaica (Gebler!); Loktewsk (Hb. Meyer!); haec vulgari plantâ semper tenuior, fragilior magisque incrustata, ramulis acutis numquam in sicco collapsis et forsā est: *Ch. intermedia* Wolff et Bruzel. 1824, sed vix *Ch. papillata* Wallroth 1815: ramulis 8—10, siccitate collapsis et caulibus subpellucidis recedens, neque *Chara foetida* γ. *subhispida* Braun, quae plerumque major vulgari dicitur, et cui forsā specc. Petropolitana pr. Tzarskoe Selo a cl. Horaninow detecta, nisi paululum diversa Duderhofiana L. B. Grewenitz (*Ch. crassicaulis* Schl.?) adscribenda sunt, *Charae spinosae* jam similia at ramulis subsenis, profundius sulcatis, in vivo spinosis quidem, sed in sicco collapsis, strigis brevioribus, nuculis minoribus incrustatis et coronula breviori deflectentia. — Forma crassa, contorta, maxime inflata et sparse strigulosa

*Charae vulgaris* crescit in rivulo sulfureo pr. Juraschkino et Septaberg (Lepechin in Hb. Acad.); haec in sicco coloris cretacei; ramuli collapsi, solito latiores. — *Chara funicularis* Thuill. 1790, licet in descriptione de aculeis caulinis nulla mentio facta, viso spec. originali in Hb. Mertensii ad formam crassiorem, contortam superne spinulosam pertinet; talem e Songariae desertis ad fl. Dshisdy-Kingir prope Ulu-tau montem (in exped. Schrenk!) lectam vidi. — Alia praecedentibus forma est: subdiaphana, e lacu Kangern Livoniae (Fleischer!), maxima ex parte simpliciter tubulosa, pumila, valde diramificata, ramulis fertilibus abbreviatis, sterilibus elongatis inflatis; sed transitus in typum ibi quoque obvenire videntur. — At propria fors species est: *Chara Kirghisorum* Lessing in Linnaea 1834! In lacu salso juxta fluvium Bolschoe Mandlibai pr. Orsk. (Hb. Meyer!) *Chara foetida*  $\beta$ . moniliformis Braun 1834 et 1835, si e descriptione judicare licet, exacte praesentem refert, articulos ramulorum sterilium elongatos tamen in nostra non video, quod fors e planta juvenili globulifera, nuculas nondum exhibente pendet. Ramuli in omnibus speciminibus ita abbreviati, ut nodos forment, non ultra  $\frac{1}{2}$  lin. diametro latos. Diagnosis Lessingii et affinitas proposita parum naturae consentanea, hinc nullum sane dubium de prioritate denominationis, si Braunii synonyma est.

13. *Chara tomentosa* Linne Suec. (excl. syn.) Fl. Dan. t. 2941. Ad sinum Fennicum pr. Fridrichshamn in aqua fere dulci (ipse; — specc. sordida, parum incrustata, ramulis inflatis pl. min. longis); Åbo et Hapsal (Hb. Meyer! specc. in sicco amoene viridia, ramulis praeced.); Livonia et Curonia v. g. e Kangernsee magis normalis, pr. Durben vero, Ch. ceratophyllum Wallr. 1815 tab. 1. referens (Fleischer et Lindemann leg.); in Scythia fere formâ *Charae latifoliae* Willd. Berol. (Hb. Fischer!)

14. *Chara spinosa* Vaillantii\* (*Chara major* caulibus spinosis Vaill. 1719. fig. 3. — *Chara hispida* Smith in Engl. Bot. t. 463 et Wallr. Ann. t. 4. non Linne Suec.) Normalis

in Curonia pr. Durben, incrustata vel subviridis, subinde etiam var. inflata Wallr.! (Fleischer!); Petropoli in lacu pr. Duderhof! crescit var. tenuior, munda, ramulis tantum 5—7, bracteis nukulâ plerumque brevioribus, an  $\beta$ . gracilis Ag. 1824? — Specimina Dahurica in aquis putridis ad Werchne Angara m. Aug. 1772 a Georgio lecta, nisi acidis olim tractata, var. gymotelem Braunii exhibent, saltem huic proximam; nullibi enim incrustata et caulis apicem versus tantum hispidus.

15. *Chara fragilis* Desv., saltem Reichenb. Fl. germ. exsicc.! (*Chara Hedwigii* Bruzel. et Engl. Bot. t. 2762! — Desvaux in Loisl. Not. 1810 p. 137 bracteas nukulâ breviores describit, quae in nostra huic aequilongae sunt). Karelia merid. in rivulis paroeciae Ruskiala (Tengström! spec. miss. steril. ramulis brevioribus et crassioribus); Curonia pr. Durben (Fleischer!); Pskow (Hb. Fischer!); Nowgorod Sewersk (Mertens! spec. ster.); Songaria: ad lacum Saisang-Nor (Hb. Meyer!) et ad rivulum Karbuga. (Hb. Acad.!).

Ab hac, ut species haud separari potest: *Chara pulchella* Wallr. 1815. (Engl. Bot. t. 2824 bene exposita, sed bracteis longioribus recedens.) Livonia et pr. Abo (Hb. Meyer!); in gubern. Kursk pr. Tolkatschewko (Höfft! in Hb. Acad. et Kühlew.) — Eadem in Curonia pr. Illuxt et Durben (Fleischer!, nukulae vero maturae non nigrae, sed testaceo-griseae, nitidulae ut Ch. spinosae. Ibi quoque forma major ramulis solito longioribus et tenuioribus, quam etiam pr. Petropoli in portu Kronstadt sterilem det. cel. Baer! et Hb. norm. Suec. VI. exhibet, at vix exacte est: Ch. chappillacea Thuill! cujus bracteae nucas subglobosas duplo superant et quae v. g. in Kamtschatkae aquis stagnantibus cum Ch. commutata provenit. — In Livonia etiam var. aculeolata (Hb. Meyer!), non dioica, secus ob tenuitatem insolitam cum *Chara hispida* conjunxissem.

16. *Chara delicatula* Desv. in Loisl. Not. 1810. In Hb. Gmelini sen. sub synonymis in Fl. Sibir. III. 37 allegatis (in Mana fluvio passim et copiose crescens) plantam



inveni, incrustatione, habitu tenello, nuculis ovato-globosis minimis bene a Ch. fragili et pulchella diversam et nisi Ch. delicatulam veram, mihi solum e diagnosi apta Agardhii et Desyauxii notam, facile speciem novam efficientem. Caule inermi, bracteis nucula sublongioribus et praecipue globulis infra nucas positis a Ch. hispida recedit. Caulis vix  $\frac{1}{8}$  lin. partem latus, nec crassior quam ramuli. Nucula (junior?) sordide flava, striis vix visilibus; coronula magna, truncata, basi non constricta.

Chara pilifera Ag. 1824 in praef. p. 28 paucis modo verbis memorata, circa Petropolim a cl. Weinmann indicata, a descriptione Charae delicatulae tantum differt bracteis omnibus nukulâ sesquolongioribus, non eam aequantibus, altera superante. Adest quidem talis forma, ob tenuitatem nimiam aegre cum Ch. fragili et insuper ob conditionem bractearum vix cum Ch. pulchella conjungenda; sed descriptio Ch. delicatulae, si caulem fragilissimum excipimus, ei quoque adaptari potest, bractearum enim longitudo in uno eodemque caule admodum variabilis; nuculae maturae giseo-testaceae, nitidulae, spiris optime visibilibus, coronula satis longa, hinc inepte certe Ch. delicatulae Sibiricae adnumerari posset, multo facilius Charae hispidae var. glabratae Bruz., at sexu non dioico, bracteis et nuculis abhorret; nuculae enim in Ch. hispida sequente sordide albae vel flavescentes, duplo minores, magisque globosae (nec oblongae et demum nigrae ut in Ch. crinita) et spirae vix visibiles. Verosimilius haec planta Petropolitana est forma tenuissima et longibracteata, ad Charam pulchellam Curonicam accedens, et forsan Ch. pilifera ipsa.

17. Chara hispida Linne Suec. Wahlenb. et Fl. Dan. tab. 1940. (sive Chara aspera Willd. 1809! et Wallroth tab. 6 fig. 3.) In aqua subdulci sinus Fennici pr. Fridrichshamn ipse var. glabrata Bruz. sed bracteis nukulâ vix brevioribus reperi; pr. Helsingfors lectam (in Hb. Kühlew!) vidi parum incrustatam, ceterum normalem, ut in Hb. norm. Suec. III exhibitam; var. glabrata Bruz. bracteis nukulâ distincte bre-

vioribus in mari pr. Reval (Baer!) et in mari baltico pr. Angern (Fleischer! — articuli ultimi ramulorum membranacei, in sicco collapsi), nec non ad litus marinum pr. Hapsal. (Hb. Meyer!) Normalem, incrustatam, bracteis nucleâ brevioribus pr. Kangerensee in Livonia (in aqua dulci?) lectam misit b. Fleischer, sed caules speciminum variant ibi dense hispidi et sublaeves; etiam ad ostium fl. Ural crescit, si e frustulo sterili judicare fas est. Quae pro var. glabrata Bruz. et Ag. heic intelligitur forma, est exacte Chara pulchella delicatula Wallr. 1833 visis spec. orig. in Hb. Mertens.

Chara aspera Willd. et Auct. ob rationem duplicem vacillat, nimirum: 1. ob Charam hispidam Linnaei Fl. Suec. quae eadem est et jus prioritatis reclamat; etiam aculei caulini capillares! conferti, saepe deflexi et color recens pallide viridis vel exalbidus huic speciei non contradicunt; pro Ch. spinosa unice ob syn. Vaillantii (Oederi serius adlatum) haberi poterat, sed haec numquam adhuc in mari reperta. — 2. Ob Charam asperam (fragilem, segmentis foliorum per intervalla confertis) Vaill. 1719 n. 4. quae omnino diversa a planta Willdenowii et idem est quod: Equisetum granulosum Helwing Fl. quasimodogen. 1712 p. 31 cum fig., stirps Borussiae orientalis, in fundo coenoso lacus ad trajectum pr. Eckersberg (Eckonsberg pr. Arys?) crescens, hinc facile cum certitudine eruenda, quod in memoriam Botan. Germ revocasse juvabit; e figura Chara tomentosa Linn. videtur; qui igitur Charam tomentosam ut denominationem ineptam rejiciunt, eruant prius antiquissimam Vaillantii, in Charis sane magis Linnaeo colendi.

18. Chara crinita Wallr. 1815! In sinu Fennico pr. Reval (Baer! ramulis nonnullis apice membranaceis, simpliciter tubulosis a typo recedens); ad ostia fl. Ural pr. Guriew sexus uterque (Chara Karelini Lessing in Linnaea 1834! neque caule in sicco membranaceo debili bene stabilienda); Mongolia chinensis in via Pekinum versus. (Ladyschinsky! — minus horrida, sed hoc valde variabile esse, e spec. Uralens. didici.)

# EQUISETACEAE.

19. *Equisetum arvense* L. 1737. Lapponia tota (Wahlenb. Wirzén); in arvis, agris et pratis humidioribus totius Fenniae (Wirzén; Petropoli! (Krascheninnikow): in graminosis, at multo parcius quam *E. boreale* et reliquae varr. ut v. g. in arenosis: decumbens Meyer Gött. 1837; in umbris: ramulosa\* i. e. surculo sterili adscendente, pyramidato, ramis quadrangularibus uti in var. decumbente, sed ramulis iterum brevibus ad genicula plura ramorum; Osilia (Luce); Lithuania (Eichwald); Varsovia (Szubert); Volhynia et Podolia (Besser); Mosqua (Stephan); Sarepta (Hb. Kühlewein!); ad Borysthenem in sabuletis var. decumbens (M. Bieb!); Kursk et Stawropol (Hb. Höfft!) ad fl. Choper et Tanain (Güldenst.); pr. pagum Kasbek cum var. brachiata Meyer (Kolenati!); Helenendorf (Hohenacker). — Permian et Tobolsk (Georgi); Songaria pr. Arkat (Karelin et Kirilow; spec. exp. Schrenk. e lacu Noor Saisan ramos triquetros exhibent) et in humidis ad ripas fl. Ajagus var. decumbens ramis quadrang. (exp. Schrenk!); Fl. Altaica pr. Riddersk (Ledeb.); Fl. baical. dahurica (Turcz.); Mongolia septemtr. (Ladyschinsky!); sinus Kötzebuensis (Hooker). Stationes plures forsitan ad *E. boreale* transferendae, quod nil nisi var. ramis triquetris, auctoribus exteris tamen ignota, quare diversitatem in distributione geographica adesse opinor; *E. arvense* in australioribus terris magis typicum videtur; in reg. sylvatica et alpina terrae Samoiedorum genuinum non observavi, sed formas vario modo recedentes. Ceterum multis saepe locis frustra transitus varietatum et formarum quaeruntur.

19 β. *Equisetum boreale* Bongard 1831 (vix *E. triquetrum* Bory, quod testante Vaucherio idem est ac *E. amphibolum* Retzii). Fennia australis! et Petropoli (ipse): in graminosis praecipue humidis, sed etiam sylvis sterilibus, agris et alibi frequentissime; in reg. alpina terrae Samoiedorum (ipse); Kamtschatka et Unalaschka (Chamisso! et alii); Koraginsk (Mertens!; Atcha! Aliaska (Kastalsky!); Ka-



diak (Blaschke!); Sitcha (Mertens!). Surculis erectis vel adscendentibus magnopere ludit, sed rami specc. numerosorum a me examinerum semper triquetri. Planta e Cooks inlet! ramis quadrangularibus, aliis quibusdam notis recedere videtur.

19  $\gamma$ . *Equisetum alpestre* Wahlenb. 1812. Herb. norm. Sueciae VIII.! et Fl. Dan. tab. 1942. Petropoli in paludibus (Kühlewein). Surculi fertiles ad finem Maji m. et initium Junii apparent et mox pereunt; rarissime e nodo basilari uno alterove supra terram rami egrediuntur ut in *E. arctico*, at non simplices, sed ramulosi (in hac specie abnormes), persistentes, spica vero cum vaginis 3 superioribus evanescit. Surculi steriles juniores erecti vel adscendentes, fere teretes, nec profunde sulcati, rigidiores et parcius ramosi, quam reliquae varr. *E. arvensis*, etiam tenuiores et interdum *E. ripario* Fries Hb. norm. VII non multum assimiles; rami fere semper quadrangulares, in tenellis etiam triquetri; apex frondis longe protractus, simplex. Rhizoma nigricans, tuberibus onustum superficialibus, facile effodiendibus; inferior pars surculorum saepe rubro suffusa; color specc. juvenilium viventium viridis, senilium (in statu sicco solum examinerum) glaucescens; numerus ramorum (4—6) in verticillo aetate vix augetur, rami sursum triquetri (deorsum quadrangulares manent), dentes ramorum senilium saepe nigrescunt et caulis sat profunde sulcatus 5—6 angularis. — Ad hanc quoque subspeciem revocanda videntur specimina nimis juvenilia e Sibiria artica, in exped. Middendorff. ad fl. Taimyr l. 73½° Junio exeunte lecta.

13  $\delta$ . *Equisetum campestre* Schultz 1819, fide cl. Meyer 1837. Surculi fertiles non pereunt, ut in *E. arvense* genuino, sed ramos ex omnibus fere nodis emittunt simplicissimos. In sylvaticis umbrosis Petropoli et Meseniae 66° l. ipse formam sciaphilam hujus subspeciei, jam primis Junii diebus (quare serotinum cum cl. Meyer vix appellarem) plene evolutam legi, ramis plerumque triquetris; surculi steriles ab *E. boreali* haud (nisi forsan microscopice: stomatibus bi-

serialibus, in hoc deficientibus?) dignosci possunt. Haec forma multo major est, quam genuinum *E. campestre*, quod pariter Petropoli crescit v. g. in pratis subapricis pr. Strelnam (ramis subquadrangularibus), ibi vero omnes transitus in *E. arvense* typicum observari possunt. Ad fl. Petchora cl. Schrenk legit specimen tuberosum 5 poll. evolutione ramorum in surculo fertili a nodo supremo deorsum tendente. Surculi fertiles hujus facile dignoscuntur a similibus *E. pratensis*: dentibus vaginarum atris, nec fusciscentibus et dentibus ramorum acuminatis, nec obtusiusculis et c.

19 *ε. Equisetum arcticum* \*. In regione alpina et subarctica ad litora maris glacialis v. g. Triostrowa Lapp. ross. (Hb. Baer!); lit. austr. insulae Kolgujew et in sinu Indega (ipse). Omnibus partibus minus quam *E. campestre*, subinde pusillum; surculi steriles adscendentes, pyramidati; rami 4—5 angulares, rarius triquetri; nodi 2 infimi in surculis fertilibus persistentibus ramosi, supremi 2—3 nudi. *E. alpestre* nostro revera proxime affine at diversum: statione paludosa, surculo fertili normaliter aphylo, robustiori, vaginis atris longioribus. Ab *E. palustri* nostrum abhorret vaginis ventricosis quadrifidis, dentibus ramorum longioribus et acutioribus.

Cum non solum *E. arvense*, sed et *E. Telmateja* vide Fl. Dan. tab. 1469) in limite boreali surculis fertilibus ramosis occurrant, nulla sectione rata ab affinibus: *E. sylvatico* et *E. pratensi* removeri possunt. — Tubera *E. arvensis* australioris profundissime in terra latere, notum est; eo magis tubera *E. alpestris* et interdum *E. borealis*, ipsis manibus cum surculo evulsa me in admirationem converterunt.

20. *Equisetum Telmateja* Ehrh. 1783. (*E. eburneum* Roth 1797. Schreb.) Varsovia (Szubert spis. p. 6.); Lithuania (Eichwald); Mosqua (Martius); Stawropol et Georgiewsk (Hb. Höfft!); Tauria (M. Bieb!); in inundatis pr. Sudagh et ad rivulum Taraktasch (Pallas!); fl. Terek (Georgi); ad pedem montis Ssalwat pr. Nucha (Kolenati!); Ossetia austr. pr. Dschawi (Koch!); prov. Karabagh orient. (Szo-



vits); in sabulosis ad fl. Gaendscha pr. Helenendorf (Hohenacker, Kolenati!); Turcomania bor. (Karelin!) — Stationes dubiae: ad fl. Dwina (Georgi); in Sibiria (E. decumanum Pallas in Hb. Willd. sec. Meyer Equis. p. 16.)

21. *Equisetum pratense* Ehrh. 1788. Ad fl. Dwina prope Cholmogori (ipse); Petropoli! (Weinmann): vulgare in graminosis, vel apricis, vel umbrosis: praesertim sylvarum sterilium acerosarum; Varsovia (Szubert!); Mosqua! Kiew! gubern. Wjätka; Fl. Altaica pr. Riddersk (Ledeb.); Irentia (Schczukin!). In omnibus specc. examinatis ramos triquetros offendi, rarius in pratis humidis Petropoli quadrangulares, sed nota haec forsani variabilis; neque carinae surculorum fertilium interdum laevissimae ad varietates constituendas aptae videntur. E. pratense Ehrh.! e loco classico Stiege, ramis quadranguläribus et carinis surc. fert. scaberrimis praeditum est; E. umbrosum Meyer Sedin. ex Willd. 1809 sec. specc. originalia ramos semper triquetros et carinas laevissimas offert et idem esset ac E. amphibolum Retzii 1809 teste spec. Scanico C Agardhii, nisi in Hb norm. Succ. VI aliud pro genuino E. amphibolo exstet, in quo E. pratense Ehrhardtianum recognoscere. Ne temerarius videar, controversias has sicco pede transire nolui. Vix plantam rossicam indiscriminatim pro E. umbroso declarem, non solum ob stationem saepe apricam cum characteribus E. umbrosi, verum etiam ob carinas scaberrimas in stationibus plurimis etiam umbrosis; e tali planta varietatem tertiam dictis intermediam constituere vix operae pretium et naturae fors inconsistentaneum foret.

21  $\beta$ . *Equisetum pratense ramulosum*. Petropoli: in agris desertis cum E. sylvatico; Dahuria pr. Doroninsk (Vlassow!). E. arvense et E. pratense plerumque ramis simplicibus ab E. sylvatico separabantur, character nunc vacillans, utriusque speciei exceptiones affero. In hac varietate rami, praecipue inferiores 5angulares et iterum ramulis parvis obsessi; surculi plerumque a basi verticillatim ramosi; a forma simili E. arvensis differt: ramis laxis, caule scaberrimo

et dentibus vaginarum nec non ramorum ut in typo: albo-marginatis, latis, brevioribus, fere obtusis. Specimina dahurica sicca a Petropolitani tantum glaucescentia et surculis non pyramidatis recedunt Sterile modo vidi.

22. *Equisetum sylvaticum* L. 1737. Lapponia sylvatica inferior passim (Wahlenb.); Lapp. rossica v. g. ad Sosnowetz et Motowsk (Baer!); ab urbe Mesen usque ad fl. Bugrinitza in reg. subalpina peninsulae Kanin (ipse); Fennia (A. Nylander); gubern. Olonetz (Hb. Baer!); Petropoli! (Krasch.): in graminosis humidis, sylvis et agris; Osilia (Luce); Livonia (Georgi); Lithuania (Eichwald); Varsovia (Szubert!); Mosqua (Stephan); Volhynia et Podolia (Besser); gubern. Tambow (Meyer); Permia et Georgia (Georgi; Güldenst.); montes Uralenses! Songaria: in insulis fl. Lepsa (Karel. et Kiril.) nec non in montibus Ulutau (exped. Schrenk!); Fl. Altaica pr. Riddersk, Smejow et ad fl. Tscharysch (Ledeb.); Fl. baical. dahur. (Turcz.); Kamtschatka pr. Petropawlowsk et in ins. Koraginsk. (Mertens!)

22 β. *Equisetum capillare* Hoffm. (Fries 1835.) In sylvis umbrosis Petropoli saepe immutabilis occurrit haec forma gracilis, ramis et ramulis tenuioribus, longioribus, non deflexis, sed angulo recto a stipite stricte divaricatis. Indicatur quoque in Fl. Mosquensi (Martius) et, ni schedula fefellit, e Kamtschatka quoque vidi.

23. *Equisetum palustre* L. 1737. In Lapponia sylvatica frequens (Wahlenb.); Schuretzkaja Guba Lapp. ross. (Baer!); in paludosis sylv. Fenniae totius (Wirzén): paroec. Pojo (A. Nylander); Petropoli! passim (Georgi et Sobol.); Livonia! Lithuania et Volhynia (Eichwald); Varsovia (Szubert!); Mosqua (Stephan); Kursk (Hb. Höft!); ad fl. Choper et Tanain (Güldenst.); gubern. Wjätka (Meyer); Songaria: in deserto Dshyty-ssu (exped. Schrenk!); Sibiria altaica (Schangin!); Fl. baical. dahur. (Turcz.)

23 β. *Equisetum palustre simplex*: *E. tenellum* Fries 1835. Nuortunturi Lapp. Kemensis (Schrenk!); Petropoli: in pratis humidis vel paludibus, fine August. et m.

Septemb. Transit passim in typum. Quamquam differentia inter *E. palustre* et *E. fluviatile* tam considerabilis: ut nemo facile, inspectis praecipue ramorum dentibus, in errorem labi possit, tamen status atypici simplices harum specierum, singulis solum speciminibus oblatis, ut rite discernantur, attentionem aliquam sibi requirunt et misis diagnosis e spicis surculisque crassis vel gracilibus (*E. limosum* vidi etiam duplo tenuius, quam *E. tenellum*), spicis sessilibus vel pedunculatis e. s. p., utpote saepe fallacibus, ad vaginas *E. palustris* v. g. profunde divisas, recurrendum erit; in maxime tenello *E. limoso* carinae et dentes 6 et imo 5 numerari possunt, forsitan hoc tantum vernale?

24. *Equisetum fluviatile* L. 1737 et Wahlenberg. Lapponia sylvatica tota (Wahlenb.); Petropoli! (Weinmann); non raro; Fennia austr. paroec. Pojo (A. Nylander); Livonia! Varsovia (Szubert!); Mosqua! (Stephan). Specimina Kamtschatica (Kastalsky! Kittlitz!) quidpiam diversa sunt: spica tenuiori, vix lineas 2 lata, poll. dimidium longa.

24 β. *Equisetum fluviatile simplex*: *E. limosum* L. 1753. Haec forma locis nonnullis invariabilis „nimis affinis est *E. fluviatili* et ramos sparsos interdum emittit“ Linne. In parte bor. peninsulae Kanin ad fl. Bugrinitza et pr. Mesen, utraque specc. auctumno ipse legi; in gubern. Olonetz pr. Tivdja (F. Nylander!); Fennia aust. paroec. Pojo (A. Nylander); Petropoli! passim (Georgi et Sobol.); gubern. Tambow (Meyer); ad fl. Tyram (Eichw.); Tauria (Pallas); — Sibiria altaica (Schangin!): ad ostia fl. Kurtschum (Ledeb.); Fl. baical. dahur. (Turcz.)

25. *Equisetum elongatum* Willd. 1810. Tauria (Pallas!) v. g. ad monasterium St. Georgii (Hb. Meyer!); in promontorio Caucasi occ. d. versus fl. Anticetani altitud. 2400 ped. (Meyer); Stawropol (Hb. Höft!); Kisljar (M. Bieb!); Helenendorf (Hohenacker); Sarepta, ubi etiam polystachyum (Hb. Horti Imp. Petrop.! et Hb. Kühlew.) ad rivulum Bolschoi Mandlibai (Lessing!); Fl. Altaica: in arenosis umbrosis humidis ad ostia fl. Bekun (Ledeb. s. n. *E. ramosum*



Schleich. et Schk.); Songaria in paludibus ad fl. Lepsa normale; in ripis elevatis rivuli Bulonty sterile, intense glaucum, caule saepe hebetato: ramis omnibus subbasilaribus longissimis, iterum parce ramulosis; talis forma quoque in convallibus Chantau, individua partim polystachya enitens. (exped. Schrenk!)

25  $\beta$ . *Equisetum elongatum simplex*: *E. pannonicum* Waldst. et Kitaibel ex Willd. 1810. Referente cl. Meyer *Equis.* p. 40 specc. authentica Kitaib. et Willd. ne varietate quidem ab *E. elongato* diversa sunt; at Willdenowius ait „caulis semper fere simplex, atque si ramis instructus, parce ramosus“. Typo saepe gracilius. Volhynia (Besser); in abruptis Wolgae pr. Sareptam (M. Bieb!); in aquosis ad Bogdam! Songaria: in glareosis ad fl. Aksu montium Alatau (Karel. et Kiril.) nec non in desertis ad lacum Balchasch, ubi etiam intense glaucum ludit, vel basi ramos nonnullos emittit et tum crassius evadit (exped. Schrenk!); in paludosis Transcauc. ad fl. Gændscha in typum abit. (Kolenati!)

26. *Equisetum hyemale* L. 1737. Lapponia sylvatica tota (Wahlenb.) v. g. Pyhätunturi Lapp. Kemensis (Schrenk!); in arenosis totius Fenniae (Wirzén); gubern. Wologda (Georgi); Petropoli! (Kraschen.); rarius; ins. Osilia (Luce); Lithuania (Eichw.); Varsovia in collibus et ad ripas (Szubert!); Volhynia et Podolia (Besser); Mosqua (Stephan); gubern. Tambow et Wjätka (Meyer); Kasan (cl. Graff! ibi formas duas distinxit: alteram glauco-virescentem in graminosis humidis, alteram stramineo-lutescentem in colliculis arenosis post incendium sylvae); ad fl. Wolga et Terek (Georgi); in sylvis humidis pr. Stawropol (Hb. Höft!); anne Caucasum transcendit? — Slatoust (Nesterowsky!); ad fl. Tobol (Georgi); in pratis humidis districtus Kolywansk pr. Nischnaja Tschems-kaja ad ripam sinistram fl. Ob et in Songaria pluribus locis (exped. Schrenk!); Fl. Altaica in sylvis humidis pr. Riddersk et Loktewsk (Ledeb.); in Sibiria passim, abundantissime omnium ad Obum fl. in paludosis et stagnis, Stellerus in rupi-

bus ad fl. Bargusinum reperit (Gmel. mss.); ad fl. Angara (Georgi); Petropawlowsk. (Mertens!)

27. *Equisetum variegatum* Schleicher ex Willd. 1810. Ad thermas baicalenses (Georgi!) et in insula Urup! Dubia de specifica differentia hujus a sequente vide in libro laud. Meyer Equis. p. 18.

28. *Equisetum scirpoides* Michaux 1803. (E. hyemale tenellum Liljebl. 1798 sec. Wahlenb.) Lapponia ross. pr. Ponoï (Schrenk!); in litore bor. et inter. region. ins. Kologujew et ad fl. Kuloi in collibus gypseis pr. Kulogori (ipse); Archangelsk (Bohuslaw!); ad fl. Jenisei! (Steller?); Petropawlowsk (Mertens!); sinus St. Laurentii (Chamisso!). A praecedente mihi semper diversum apparuit: sulcis carinalibus et commissuralibus aequè profundis, dentibus vaginalium 3 (rarius 4 adsunt, quales Wahlenbergius E. reptanti suo 1812 tribuit), totis nigris, elongato-subulatis.

Quid? *Equisetum multiforme* (Vaucl?) Eichw. Skizze. ad fines Curoniae pr. Illuxt et Polangen. E. atratum et maximum Pallas Ind. plant. Tauriae ex Georgio 1797 nomine solum nota sunt. E. grande Pallas e Tauria sec. spec. in Hb. Acad. est E. Telmateja.

## RHIZOCARPEAE:

### MARSILIACEAE, SALVINIACEAE, ISOËTEAE.

29. *Marsilea quadrifolia* L. 1753. *Oryzeta* pr. Lenkoran et Astara (Hohenacker!); Mosdok (M. Bieb!); Astrachan (Tauscher! Gmelin II. 198); Sibiria (Linne): occidentalis (Georgi).

30. *Marsilea strigosa* Willd. 1810. Ad fl. Wolga! (Sprengel): pr. Sareptam (Willd.); Songaria: Ters Akkan (exped. Schrenk!).

31. *Pilularia globulifera* L. 1753. Varsovia (Szubert); Lithuania (Liboschitz!); Rossia merid. occid. (J. Agardh): Livonia ad ripas fl. Ewst (Georgi); ad Jaicum fl. pr. Gurjew. (Pallas I. 431.)

32. *Salvinia vulgaris* Micheli 1729. Lithuania pr. Pinsk (Bohuslaw!) et pr. Stachowo (Eichw.); ad ripas Vistulae pr. Varsoviam (Szubert!); in aquosis ad Tyram et ad rivulum Orel gubern. Poltawa (M. Bieb!); ad fl. Sula pr. Lubni ejusd. gubern., nec non in gubern. Charkow pr. Staroi Aidar et Rupzowka (Güldenst.); ad Borysthenem pr. Cherson (Hb Hoffl!); in desertis Cosaccorum Donensium ad fluvios: Medweditza (Falk), Busuluk et Choper: pr. Alexejewskaja et Novo-Choperskaja, nec non ad Tanain pr. Prykapskaja Chuter et Tscherkask (Güldenst.); frequens in aquis fluitantibus vel stagnantibus versus mare Caspium (Meyer! Bieberst!); a Konstantinogorsk! ad lacum Taras Liman inter ostia fl. Terek et Axai situm (Güldenst.); in aquis salsis stagnant. ad ostia Jaici fl. pr. Gurjew (Pallas III. 293); in lacu Murdof pr. Lenkoran et pr. Astara (Hohenacker!).

33. *Isoëtes lacustris* L. 1753. Lapponia sylvatica inferior passim (Wahlenb.); Karelia pr. Wiburg in fundo lacuum (ipse); Petropoli! (Georgi et Sobol.); Tobolsk (Georgi).

## LYCOPODIACEAE.

34. *Lycopodium* Selago L. 1753. Lapponia sylvatica tota, in alpina regione parcius (Wahlenb.); in Lapp. ross. ins. Kildjn (Hb. Baer!); Kola (Gmel. sen. mss.) et pr. Ponoï (Schrenk!); in int. ins. Kolgujew! et penins. Kanin! ubique, nec deest in terra parva Samoiedorum, in reg. subarctica exempl. pumila et valde contracta ipse legi; ad sinum Karicum m. glacialis (Sujew ex Pallas); versus originem Dwinae fl. pr. Ustjug (Lepechin III. 295); gubern. Olonetz (Olbricht); Fennia tota (Wirzén) at non ubique, ipse in ins. Kelö archip. Åboënsis!; ins. Hochland (Schrenk); Petropoli (Sobolewsky): raro v. g. ad Toxowam!; in Ingria ad fl. Luga et Lemodscha (Kraschen.); Livonia (Georgi); Lithuania pr. Wilnam (Eichw.); Mosqua (Stephan); Wolodimir (Lepechin I. 29); in regione media et superiori fl. et confluviolorum Wolgae (Georgi); Permia (Pallas! est *L. recurvum* Willd.);



Vollhynia: in fruticetis Cremenici (Besser); in regione alpina totius Caucasi loc. hum. 8400—9300' v. g. in alpe Kasbek. (C. A. Meyer!) — In cacumine montium Uralensium Dshigälga! et Maschak (Georgi II. 720); Fl. Altaica in sylv. subalp. (Ledeb.); Fl. Baicalensi-Dahur. (Georgi, Turcz.) v. g. in alpe Chamar Daban ad cacumen inter saxa (Turcz. in Hb. Kühlew.); inter Jacutsk et Ochotzk leg. Steller (Gmel. sen. mss.); Petropawlowsk!; sinus St. Laurentii (Cham.); sinus Kotzebuensis (Hook.); insula St. Pauli!; Unalaschka (Cham.); Sitcha. (Mertens!)

35. *Lycopodium annotinum* L. 1753. Lapponia sylvatica tota (Wahlenb.); ad lit. Lapp. ross. a Sosnowetz! usque ad Kola! in litore hyemali maris albi (Hb. Baer!); terra parva Samoied in regione subalp. sinus Indega! foliis subadpressis et pr. Mesen! (ipse); ad fl. Pjosscha (Schrenk!); Archangelsk (Bohuslaw!); gubern. Olonetz (Olbricht); Fennia! ins. Hochland (Hb. Baer!); Petropoli! (Kraschenn.); Lithuania (Eichw.); Varsovia!; Vollhynia (Besser); Mosqua (Martius); Charcow!; secus totam Wolgam (Georgi); Kasan (Hb. Graff!); ad Tanain (Hb. Höfft!); ad fl. Kama et Oka (Falk); Slatoust! (pallidum); in monte Uralensi Taganai alt. 2000 ped. (Lessing in Linn. 1834); in Sibiria ubique (Gmel. sen. mss.): altaica (Schangin!); pr. Doroninsk!: in sylvis inter Jeniseam et Angaram (Pallas!); in montosis trans Baicalem (Turcz! — pallidum); Petropawlowsk!; sinus Eschscholtzii (Chamisso!) sed folia subadpressa ut in inss. Unalaschka! et Sitcha!

Species haec aequae ac *L. clavatum* et *L. complanatum*, alias vulgatissima, Caucasum non transcendere videntur. Stationes fusius forsan, ac necesse fuisset, indicavi, at in primo tentamine hoc ita sit.

36. *Lycopodium juniperoideum* Sw. 1806. Sibiria (Laxmann ex Sw.): maxime orientalis versus mare Ochotense (Redowsky!); Stellerus circa Ochotzk et in Kamtschatka observavit (Gmel. sen. mss.); Kamtschatka (Erman!); Sitcha (Blaschke!). Amenta sessilia ut *L. annotini* et

folia sine mucrone herbaceo, sed margine integerrima „laxa, nec patula, nec ramis arcte adpressa“ Gmel. mss. — incomparabile!

37. *Lycopodium clavatum* L. 1753. Lapponia sylvatica et subsylv., etiam in subalp. Finmarkiae orient. (Wahlenb.); terra magna Samoied. ad fl. Kolva (Schrenk!); Archangelsk (Bohuslaw!); prope Ustjug urbem (Lepechin III. 295); Fennia tota (Wirzén); Petropoli! (Kraschen.); gubern. Nowgorod!; Mosqua (Stephan); Livonia (Georgi); ins. Osilia (Luce); Curonia!; Lithuania (Eichw.); Varsovia!; Volhynia et Podolia (Besser)! Charcow!; Kasan (Hb. Graff!); ad Kamam fl., Ural et fl. Tobol. (Falk) — In ditione uralensi Baschkirorum (Georgi II. 720); per omnem Sibiriam passim (Gmel. sen. mss.); fl. Baicalensi-Dahur. (Turcz.); Petropawlowsk!; inss. Unalaschka! Atcha! et Sitcha! (hoc ultimum constituit var. sitchensem Spring. Diar. bot. Ratisb. 1838. p. 173 diversam a typo: „foliis patentibus, inferioribus fere divergentibus, ramificatione rariore“.)

38. *Lycopodium innundatum* L. 1753. Petropoli! in ericetis humid. turfosis (Weinmann) at rarius; Livonia et Esthonia (Georgi); Lithuania! : in turf. pr. Wilnam et Kalwariam (Eichw.); Varsovia pr. Powyski (Szubert!); Terno-waja! in Ucraina? (Czernajew!).

39. *Lycopodium complanatum* L. 1753 (teste spec. Upsal. hb. Ehrh. et omnium auct. Fl. Suec. — L. anceps Wallr. 1840.) Lapponia sylv. et subalp. (Wahlenb.); Mesen (ipse); Archangelsk (Bohuslaw!); pr. Ustjug urbem (Lepechin); Petropoli! (Kraschen.); Mosqua (Stephan), Lithuania (Eichw.); Varsovia!; Cremenec (Besser); in pinetis pr. Charcow (M. Bieb!), ad fl. Wolga (Georgi); fl. Sura et Kama (Falk); ad Tanain (Hb. Höfft!); Kasan (Hb. Graff!); Slatoust (Nesterowsky!); in monte Taganai tractus Uralensis (Lessing in Linn 1834.); in Sibiria vulgaris (Georgi; Gmel. sen. mss.); inter Obdorsk et sinum Karicum m. glac. (Sujew ex Pallas; an potius L. alpinum?); Fl. Baicalensi-Dahur. (Turcz.); Kamtschatka (Rieder!); Sitcha. (Blaschke!)



39 *β. Lycopodium sabinaefolium* Willd. 1810. collat. specc. Canadens! polystachyis. (L. Chamaecyparissus Tabernaemont A. Braun! ex Mutel 1837). Petropoli! in ericetis arenosis apricis copiose, nec cum L. complanato mixtum sed et in umbrosis ad margines sylv. formam non mutans; a forma simillima angustifronde L. complanati, Petropoli quoque obvia adhuc distinguere valeo; forsam tamen transitus alibi dantur. Planta Willd. monostachya est, sed hoc variare videtur; iconem bonam exhibuit Bischoff Crypt. t. 10. fig. 5.

40. *Lycopodium alpinum* L. 1753. Lapponia subalpina usque ad Finmarkiam orient. (Wahlenb.) et Sosnowetz (Baer!); in reg. alp. et subarct. ins. Kolgужew et part. septentr. penins. Kanin (ipse); terra magna Samojed. ad fl. Kuja (Schrenk!); Sibir. in monte Taganai dittonis Uralensis alt. 3000 ped. (Lessing in Linn. 1834); Sibir. Altaica in sylv. subalp. v g. pr. Riddersk (Ledeb.); nec non in alpinis Katunicis ex occidente montis Bjelucha (Bunge ex Gebler 1837.); Fl. Baicalensi-Dahurica: in alpe Chamar daban inter saxa (Turcz.! s. n. L. chamarense sibi) a Stellero in rupibus ad Bannoi rivi fontes, 10 leucas a Bargusinensi munimento distantes lectum ut et ex Kamtschatka transmissum accepi (Gmel. sen. mss.); fl. Tigil in latere occid. Kamtsch. (Erman!) et in ericetis montium Ganalsky Chrebet (Kittlitz!); Petropawlowsk! et Unalaschka!

41. *Lycopodium sitchense*\* (L. alpinum Bongard Veget. Sitch.! non L.) Sitcha (Mertens!). Differt a L. alpino: ramulis sterilibus duplo et triplo angustioribus, teretibus, foliis undecumque obtectis: linearibus, acuminatis, gracilibus, basi non dilatatis, hinc triplo angustioribus quam L. alpini, cujus ramuli steriles 4goni semper affinitatem L. complanati (foliis medianis in pagina inferiore magis evolutis) probant, in L. sitchensi jam abolitam. Specc. copiosa examinare potui.

42. *Selaginella rupestris* Spring. (Lycop. rupestre L. 1753) In ditone Uralensi Baschkirorum et Jekaterinbur-

gensi v. g. in cacumine montium Dschigälga et Maschak (Georgi Fl. Ross. et It. II. 720 statio dubia); in rupibus circa Baicalem lacum inque rimis saxorum et sub saxis, solis radios non admittentibus nascitur e relatu Stelleri (Gmel. sen. mss.); ad rivulum Kundun in Udam influentem mihi prima vice adparuit, in Dahuria frequentius (Pallas) v. g. ad fl. Ingoda in rupibus (Pallas III. 195; Turcz!); versus mare Ochotense (Redowsky!); Kamtschatka (Georgi); Unalaschka. (Cham!)

43. *Selaginella sanguinolenta* Spring. (Lycopod. sang. L. 1753) In jugo Uralensi? et ad orient. fl. Jenisei (Georgi); in rimis rupium supra Sajanense munimentum ad Jeniseam fl. sitarum in regione Omaiensium aerifodinarum magna copia observavi; Stellerus in rupibus udis et muscosis Baicalis lacus septemtriones spectantibus detexit (Gmel. sen. mss.); ad Baicalem in saxosis ubique copiosissime usque ad terminum reg. sylv. (Georgi! it. I. 238.); in praeruptis ad Selengam (Pallas!); versus mare Ochotense (Redowsky!); Kamtschatka. (Linne, Georgi.)

44. *Selaginella spinosa* P. Beauv. (Lycopod. selaginoides L. 1753) Lapponia subsylv. et subalp. (Wahlenb.): rossica pr. Ponoï (Schrenk!); Fennia bor. et media maritima (F. Nylander mss.); in pinetis ad fl. Wolga, Oka, Kama, pr. Kasan et Nischnij Nowgorod (Falk et Georgi); in reg. subalp. Caucasi occidentalis versus pagum Pagun, locis subhumidis altit. 4200' (Meyer!); — Fl. Baicalensi-Dahurica. (Turcz.)

45. *Selaginella helvetica* Link. (Lycopod. helveticum L. 1753) In umbrosis promontorii Caucasi occid. versus fl. Anticetam altit. 3000', nec non in rupestribus umbrosis ad torrentem Terek alt. 3900', pr. Darial! 4200' et versus fl. Kuban! (Meyer); in monte Kasbek alt. 6860—8940 ped. (Kolenati!); in umbr. prov. Karabagh (Szovits!) v. g. in sylvis muscosis montis Ssarikal et in reg. alpina montis Kaepes-dagh usque ad cacumen, alt. circ. 11000 ped., nec non ad fl. Gaendscha alt. 1000 ped., locus max. depressus. (Kolenati!)

*Selaginellam denticulatam* Spring (Lycop. dent. L. 1753) ex Europa australi, v. g. e Macedonia, nondum vero e Russia vidi. Indicatur: in Polonia (Bory ex Willd.); Iberia (Linne); Georgia et in sylvis Caucasi bor. (Georgi). An cum praecedente commutata? — Differt, etiam sterilis, facile habitu robustiore, virore profundiori, foliis convexis, superficialibus latius ovatis, apice constrictis et in acumen saepe curvatum et decolor productis; fructificationes ambarum diversissimae. Statio Linnaeana innititur Lycopodio parvo *Herniariae* foliis Buxbaum Cent. III. pag. 39 tab. 69. fig. 1., quae vero potius *S. helveticam* exprimit; in saxis Iberiae ad rivulos m. Junio invenit Buxbaum.

46. *Selaginella borealis* (Lycopod. boreale Kaulf 1824.) Sibir. max. orient. versus mare Ochotense (Redowsky!); iisdem in locis cum *S. sanguinolenta* nascitur. (Gmel. sen. mss.)

*Selaginella mongholica*\* in rupestribus Chinae bor. viâ solitâ versus Pekinum inventa, forsan in Dahuria vicina quoque crescit; dignoscitur a simili *S. boreali*: caudiculis valde elongatis, fere pedalis, foliis in apicibus ramulorum solum explanatis, divaricatis (reliquis omnibus convolutoadpressis), duplo majoribus, evidentius ciliatis, dorso plerumque ecarinatis.

## OPHIOGLOSSAEAE. (OSMUNDACEAE.)

47. *Ophioglossum vulgatum* L. 1753. Ad originem fl. Dwinae pr. Ustjug urbem (Lepechin III. 295); Petropoli! (Georgi et Sobol.) rarius; Helsingforsiae (Tengstroem); Alandia (Wirzén); ins. Osilia (Luce); Lithuania (Georgi); Varsovia (Szubert!); pr. Wilnam, ad fl. Bug et Tyram in Podolia (Eichw.); Volhynia (Besser); Wjätka et ad Kamam (Falk); Tauria in sylvis supra Alupkam (M Bieb.); ad fl. Terek (Güldenst. p. 197.); Abchasia (Nordmann!); in mont. sylv. pr. Lenkoran. (Meyer!) — Sibir. occ. in prov. Isetensi pr. oppidum Tetschensem ad marginem sylvulae unacum var. bilingui [var. *γ*. Linn.] copiose. (Gmelin sen. mss.)



48. *Botrychium Lunaria* Sw. (*Osmunda Lunaria* L. 1753) Fennia tota usque ad Lapponiam inferalpinam (Wirzén); Lappon. ross. pr. Notosero (Schrenk!); ab oppido Mesen! usque ad lit. bor. penins. Kanin pr. Kambalnitz! et fl. Indega (ipse); Archangelsk (Bohuslaw!); versus fontes Dwinae fl. pr. Ustjug (Lepechin III. 295); Petropoli! (Kraschen.) locis plerumque siccis; gubern. Nowgorod!; Mosqua (Stephan); Livonia!; ad fl. Düna et in sylva Wolchonsky Lithuaniae (Georgi); Varsovia!; pr. Wilnam et ad Tyram fl. in Podolia (Eichw.); Volhynia (Besser); Mereffa pr. Charcow!; Tauria (Georgi); in reg. alp. Caucasi occid. 6600' et in alpe Schachdagh 8400' (Meyer!); — Permia (Georgi); Tobolsk (Falk); in omni Sibiria (Gmel. sen. mss.): altaica pr. Riddersk (Ledeb.); Fl. Baicalensi-Dahur. (Turcz.); Kamtschatka!; insula prima Kurilium! et Unalaschka!

48 β. *Botrychium* (*Lunaria*) *lanceolatum*\* (*Osmunda lanceolata* Gmel. jun. 1768.) Petropoli in monte Duderhof (Larsen in Hb. Soc. Fl. Fennicae); Curonia pr. Mitau!; Sibiria: circa monasterium ad ostium inferioris Tunguscae fluvii situm in humilioribus et siccis locis (Gmel. sen. mss. — v. specc. Stelleri!). Optime apud Roeper Fl. Meklenb. fig. 5. 6. 7. 8 depingitur, at forma ad *B. Lunariam* transiens (qualem auctores plures indicant) ibi non invenitur; pinnis semper aliquid oblongo-lanceolati inest, nec antice dilatatae sunt.

49. *Botrychium rutaceum* Sw. 1800 (*B. matricarioides* Willd. 1810. *Osmunda Lunaria* var. *Baeckean* Linne 1785). Archangelsk (Bohuslaw!); Fennia bor. pr. Autti paroec. Rovaniemi et ad mare album pr. Kandalax (Hb. F. Nylander!); Petropoli! (Sobol.) in arenosis et sylvis sterilibus rarius; gub. Nowgorod!; Mosqua (Martius); in Samogitia Lithuan. (Eichw.); Varsovia in sylva Pyry (Szubert!); in ripa dextra fl. Ai pr. Slatoust! (Lessing in Linn. 1834); in Sibiria vulgatissimum et ad Lenam (Gmel. sen. hb. et mss.); Fl. Baicalensi-Dahur. (Turcz.); Petropawlowsk! et Unalaschka!

50. *Botrychium virginianum* Sw. (*Osmunda virgi-*

niana L. 1753) Fennia bor. ad fl. Kemi pr. Autti: specc. minora ut in Suecia bor. (F. Nylander); Petropoli pr. Lisina in graminosis m. Augusto (Graff!); Lithuania pr. Antowilia 2 stadia ab urbe Wilna rariss. (Eichw.); in umbrosis Mereffae pr. Charcow (Tschernajew!); Sibiria: in betuletis non spissis et junioribus circa Taram et Jeniseam urbem, Stellerus etiam circa Ircutiam urbem invenit (Gmel. sen. mss. et Steller Hb.).

51. *Osmunda regalis* L. 1753. Karelia max. aust. in fruticetis pr. Lembalowa (solo auctore Laxmann ex Georgio et Sobol. Fl. Petrop.); Mosqua (Stephan, Martius); Varsovia (Szubert); in sylvaticis Mingreliae (Szovits!). Haec ultima est forma angustifolia, pinnis 4 lin. tantum latis, ramis fructiferis crassioribus, atosanguineis, magis contractis: O. Plumieri Tausch 1836. test. spec. Sieber.

## FILICACEAE.

### I. PERANEMACEAE.

52. *Physematium fragile* Kunze Anal. Pterid. p. 42. (Hymenocystis caucasica Meyer 1831. — *Dicksonia fragilis* Trevir. 1816.) In rupestribus umbrosis promontorii Caucasi pr. acidulam Nartzana altit. 3000' et in lapidosis ad torrentem Terek pr. Kobi alt. 6000'. (Meyer! Höft!)

### II. ASPIDIACEAE.

53. *Aspidium Thelypteris* Sw. (*Acrostichum Thelypteris* L. 1753) Fennia australis in uliginosis et arundinetis insulae Nagu Lill Land! archipel. Åboënsis (ipse); Petropoli (Kraschen? Sobol? Turcz. Weinmann) at rarius v. g. pr. Toxowa! in margine lacus orientalis; Riga (Zobel!); Lithuania (Eichw.); Mosqua (Goldbach Cat. p. 23; in sylv. humid. Varsoviae (Szuber!); Permia (Georgi); ad Kamam fl. (Falk); ad Cuban (Pallas!); in reg. sylvat. montis Kaepes-dagh prov. Karabagh (Kolenati!). — Sibiria: unica tantum vice et sterile a Martinio circa Taram urbem cum Bryis collectum (Gmel.

sen. mss.); Songaria: in umbrosis ad ripas fl. Tschu et fl. Dshisdy-Kingir prope montes Ulutau (exped. Schrenk!).

54. *Aspidium Oreopteris* Sw. (*Polypodium Oreopteris* Ehrh. 1789. *P. montanum* Vogler 1781.) Lithuania in sylv. pr. Dādownka, in circulo Prushan (Eichw.); Volhynia et Podolia (Besser). Differt omni statu ab *A. Thelypteride*: stipite basin versus paleaceo, fronde subtilis glandulosa et ad costam pinnarum primar. dense pubescente, soris a costa magis remotis et ad marginem pinnae vix evidenter involutum positus, nec demum confluentibus; pinnulis minus acutis et triangularibus, etiam statura majori. Planta sterilis a simillima *Struthiopteride* sterili tuto dignoscitur: venulis, saltem in pinnis inferioribus, furcatis et stipite basi paleaceo, quae paleae in *Struthiopteride* in rhizomate fere latent.

55. *Aspidium fragrans* Sw. (*Polypodium fragrans* L. 1753) In ditone Uralensi orientali in prov. Isetensi (Falk, statio dubia); Sibiria arctica: in rupestribus ad lacum Faldakja lat.  $73\frac{1}{2}^{\circ}$  prope fluv. Taimyr rarissime (Middendorf!); in rupibus ad Jeniseam et lacum Baicalem satis copiose (Georgi, Adams!) v. g. ad stationem Kruglaja (Turcz!), sinum Pestschanka (Pallas III. 293 et pr. Kultuk (Schezukin!); in montosis Angarae et Selengae fl. (Gmelin sen. ex Amman 1739); Stellerus ad Angaram et Lenam fl. ubivis in rupibus invenit (Gmel. sen. mss.); Dahuria: pr. Doroninsk (Vlassow!) et Nertschinsk (Hb. Karpinsky!); versus mare Ochotense (Redowsky!); fretum Senjavin (Mertens!); sinus Kotzebueensis (Hooker). Rubum Idaeum spirat teste Gmel. sen.

56. *Aspidium Filix mas* Sw. (*Polypodium Filix mas* L. 1753) Lapponia sylv. et subsylv. usque ad Utsjoki (Wahlenb.); ad lacum Imandra et in gubern. Olonetz (F. Nylander. ined. Olbricht); Archangelsk (Georgi); versus originem Dwinae fl. prope Ustjug (Lepechin III. 295; Fennia tota (Wirzén); ins. Hochland (Schrenk); Petropoli! parce (Kraschen. Weinmann var. distantem enumerat.); Lithuania (Eichwald); Varsovia (Szubert!); Volhynia et Podolia (Besser); Mosqua (Stephan); Lubni (M. Bieb.); in gub. Woronesch



pr. Pawlowsk (Gmelin l. 125); sylv. Wolgae (Junio 1774 leg. Georgi!); Sarepta (Hb. Kühlew.!); Kasan (Hb. Graff!); Tauria (Pallas); Georgia (Georgi); in toto Caucaso altit. 1200—3600' v. g. pr. castellum Grosnaja (Meyer!); Imere-thia bor., Mingrelia ubique, Kudaro et Daratschischag (Koch!); Astara (Hohenacker!). — In Sibiria ad fl. Tobol (Falk); a regione Uralensi ad Baicalem (Georgi); Sib. Altaica pr. ruinas Ablaikit et pr. Smejow (Ledeb. et Meyer), nec non ad Tschu-jam fl. (Hb. Kühlew.! sed sororum 5 paria in pinnula spec.); Songaria in sylvis montium Alatau ad fl. Lepsa! (Karel. et Kiril.) ibi et in montibus Karkaraly, nec non ad ripas fl. Dschamantyk-ssu. (exped. Schrenk!)

57. *Aspidium affine* Fischer et Meyer 1838. Staw-ropol (Höfl!); in monte Beschtau (recedit indusio coriaceo, non marcescente, soris in pinnula densissimis: 12—14) et in promont. Cauc. ad fl. Urup, nec non in montibus Somche-tiae pr. Priut (Kolenati!); in sylvis inter Limar et Perimbal (Meyer!); in sylv. pr. castellum Schuscha in prov. Karabagh et ad latera montis Gändschadagh altit. 2000' in tractu Eli-sabethopol (Hohenacker!). — Medium tenet haec species inter Filicem marem et *A. spinulosum*; a priori differt: pinnis fructiferis secundariis remotioribus, acutis nec apice rotunda-tis, margine vel tri-quadruplicato-serratis, vel ut interdum in *F. mare*, tantum duplicato-serratis, sed incisuris profundiori-bus; soris in pinna secundaria plerumque 8--10. Ab *A. spi-nuloso* rigidiori differt: habitu robustiori, soris majoribus et pinnis secundariis in parte inferiore frondis magis conformi-bus, numquam ad costam usque incisis. Sed dantur specc. Caucasica *A. Filicis maris*, quae ad *A. affine* vergunt, uti v. g. Iberica *Steveniana*! pinnis secund. remotioribus margine fere duplicato-serratis; planta ad fl. Kuban! pinnas steriles secundarias acutas habet et profundius (at simpliciter) serra-tas; suspecta quoque *Filix mas* e Lenkoran! et mont. Ta-lysch! Et contra *A. affine* e monte Ssalwat pr. Nucha (a cl. Kolenati relatum) solito humilior et vix sesquipedale ad Filicem marem accedit ob pinnulas apice obtusas, rotundatas

et approximatas — sed minus robustum et rigidifolium est, paleae pauciores, indusium marcescens. Res ulterioris observationis indiget; forsán e principiis generalioribus *Aspidia* n<sup>o</sup> 56 – 59 nostra in unam speciem imminuenda sunt.

58. *Aspidium cristatum* Sw. (*Polypodium cristatum* L. 1753) Petropoli! (Georgi et Sobol.) in fruticetis vel apricis turfosis rarius quam seq. sp.; Lithuania (Georgi): pr. Wilnam (Eichw.); Varsovia (Szubert!); Mosqua (Stephan); Cremenec (Besser); Nowgorod Ssewersk (Mertens!); in sylvat. Mereffae (M. Bieb.); Kasan (Hb. Graff!); in monte Gändschadagh territ. Elisabethopolensis et pr. pagum Tschaioru in tractu Suwant altit. 2—4000' (Hohenacker); Turcomania bor (Karelin) — Sibiria altaica pr. Riddersk (Ledeb)

59 α. *Aspidium spinulosum subcoriaceum*: A. uliginosum A. Braun? Petropoli! in apricis; Varsovia! (fronde angustiori); Mereffa!; Slatoust (Nesterowsky!); Dahuria: ad fl. Sludenka forma insolita (Turcz!). Intermedium A. cristato et A. spinuloso; a priori diversum pinnis primariis longioribus, magis incisis, forsán tamen in illud transit seorsium vero exhibui, cum mihi semper in A. cristato pinnae infimae superioribus breviores et numquam soriferae adparuerunt.

59 β. *Aspidium spinulosum* Sw. Schk. t. 48. (*Polypodium spin.* Müller 1770.) In sylvis et locis umbrosis. Petropoli! (Amman 1747); ins. Hochland (Schrenk); Lithuania (Eichw.); Mosqua (M. Bieb.); in montibus Taganai ditionis Uralensis austr. (Hb. Meinshausen!); a Sibiria ad Kamtschatkam. (Gmelin sen. mss.)

59 γ. *Aspidium spinulosum tanacetifolium* (probab. *Polypodium tanacetifolium* Hoffm. 1795) circa Petropolim! legitur et insigne est pinnis secundariis quam in A. spinuloso multo latioribus; soris magnis, remotis, etiam in pinnis infimis obviis; petiolis dilatato-alatis; frons bipinnatifida ut in A. spinuloso et var. subcoriacea. E soris per paria dispositis et pinnulam constituentibus dignoscitur semper frons bi- a tripinnatifida; quaelibet pinnula iterum vario



gradu incisa esse potest, hoc protinus non respicitur; stipiti seu axi frondis plerumque perpendiculari pinnae primariae plerumque horizontales inseruntur et s. p. Haec observasse necessarium fuit, ne seqq. perverse interpretentur.

59  $\delta$ . *Aspidium dilatatum* Sw. (*Polypodium dilat.* Hoffm. 1795) Lapponia rossica tota! etiam subalpina (Baer! aliq. ; penins. Kanin! et ad sinum maris pr. Mesen! (ipse); Petropoli! (Weinmann) plerumque in sylvis humidis copiose; Livonia (Hb. Kühlew.!); Cremenec (Besser); Swantia, Radscha et Mingrelia (Koch!); — Kamtschatka pr. Petropawlowsk!; ins. Kadiak! (ob rachin pinn. prim. dilatato-alatam *A. tanacetifolio* simile); Cooks inlet!; Sitcha (Mertens!). Nil nisi *A. spinulosum* tripinnatifidum, ut transitus et formae intermediae frequenter testantur. *A. dilatatum* Anglorum (saltem Grev.!) diversum a nostro, a Schkuhrio t. 47 bene repraesentato, et est *A. spinulosum* subcoriaceum. In omnibus fere specc. visis sori totam frondis paginam, etiam pinnarum infimarum obtegunt.

*Aspidium rigidum* Sw. sec. Willd. in Croatia crescit; unicum specimen in Fl. Altaica pr. Smejow inventum huc cum? Ledebourius ducit. Facies *A. fragrantis*.

60. *Polystichum Lonchitis* Roth (*Polypodium Lonchitis* L. 1753). In subalpinis ad mare album pr. Kandalax (F. Nylander! Lindbl. Notis. 1844.); Sibiria Altaica in rupetribus subalpinis infra fontes fl. Uba (Ledeb. ; Fl. Baicalensis: inter stationem Sludenskaja et Chamar daban (Turcz. in Hb. Kühlew.!); Unalaska. (Chamisso! Mertens!)

61. *Polystichum aculeatum* Roth (*Polypodium aculeatum* L. 1753). Iberia (Steven!) et Colchis (Eichw.); in sylvis pr. Suchum Kale (d'Urville); Kudaro et Radscha (Koch!); in monte Ssalwat pr. Nucha (Kolenati!); in sylvis pr. Lenkoran formam singularem inv. cl. Meyer!

61  $\beta$ . *Polystichum angulare* Presl. (*Aspidium angulare* Kitaib. ex Willd. 1810) Guriel! et in montibus pr. Astara (Hohenacker!). Laxior quam *P. aculeatum*, pinnulis inferioribus incisis.

61  $\gamma$ . *Polystichum vestitum* Presl. (*Polypodium vestitum* Forster 1786) Sitcha (Mertens!). Cl. Hooker (Fl. Bor. Amer.) cum *P. aculeato* conjungit.

*Polystichum munitum* Presl (*Aspidium munitum* Kaulf. 1824) in regione supra fl. Columbia usque ad gr. l. 50<sup>m</sup> vastas obtegit plagas et forte ad partes maxime australes Americae rossicae, ubi plures adesse Filices nobis novas fingerem, procedit. Habitus *P. Lonchitis*, sed pinnac 2—3 poll. longae et stipitis multo longioris squamae caducae.

### III. ASPLENIACEAE.

62. *Cystopteris fragilis* Bernh. (*Polypodium Filix fragilis* L. 1753) Lapponia sylvatica tota (Wahlenb.) etiam rossica (Hb. Baer!); Fennia austr. pr. Åbo! et Wiburg! (ipse) ins. Hochland (Hb. Baer!); Petropoli pr. Oranienbaum (Turcz.) et ad catarractas hort. Imp. tum Pawlowsk (Weinm.), tum Peterhof! nec non frequens pr. Lapuchinka (ipse); Livonia et in tractu montium Waldai (Georgi); Mosqua (Stephan); Lithuania, ad Tyram fl. et Bug, etiam in Ucraina pr. Human (Eichw.); Volhynia et Podolia (Besser); Stawropol (Höfft!); Tauria in monte Tschadirdagh (M. Bieb.! C alpinam aemulatur, vera in alpi. Croatiae etiam crescit teste Willd.); in promontorio et in reg. subalp. totius Caucasi altit. 2400—6000' (Meyer!) v. g. ad fl. Kefar (Kolenati!); in rupes-tribus subalpinis pr. Kobi 6000' et pr. acidulam Nartzana (Meyer! — forma latiloba; in montibus Talysch (Meyer!) et ad castellum Schuscha (Hohenacker); Armenia bor. (Koch!); in monte Knis prov. Karabagh (Szovits!); Turcomania bor. (Karelin); in ditione Uralensi orient. et prov. Isetensi (Falk); Slatoust (Nesterowsky!); ad rupes fl. Tschusowaja (Maj. 1773 leg. Georgi! II. 570.); Permia et ad fl. Tobol (Georgi); Songaria: ubique frequens et polymorpha, non raro in formam tripinnatam abiens (exped. Schrenk!); Sibir. Altaica in rupibus musc. montium Altaicorum, summas alpes adscendens (Pallas! Ledeb. — ibi etiam pinnulis cuspidatis ut specc. ad fl. Schilka; Turcz!); ad Baicalem (Pallas III. 293;

Turcz!); Petropawlowsk!; ins. Kuriles!; Atcha!; Unalaschka!; sinus Eschscholtzii! et fretum Senjāwin!

Auctores Angli plures distinguunt species, mihi non satis notas, sed haec planta una eademque interdum statione mire polymorpha.

62  $\beta$ . *Cystopteris fragilis tripinnata* (Polypodium tenue, *P. anthriscifolium* et *P. cynapifolium* Hoffm. 1795). Polonia in monte Parchata pr. Puławy (Szubert!); pr. Charcow! et in monte Beschtau. (M. Bieb.)

63. *Cystopteris montana* Link. (Polypodium montanum All. 1785) Kamtschatka: e portu St. Petri et Pauli specimen unicum indusiis orbatum retulit Mertens! de quo, an potius pro *Athyrio crenato* haberem, dubius haereo; sed genuinam vidi ex Hb. Acad. antiquo, verosimiliter Sibiricam aut Kamtschaticam. — Crescit etiam in Carpathis et alpinis Bukowinae Rossiae finitimis sec. cl. Zawadsky.

64. *Athyrium crenatum* \* (*Aspidium crenatum* Sommerfelt 1834!) differt a Filice foemina: stipite pedali, rigido, dimidia parte inferiore nudo; pinnis primariis paucioribus, infimis longioribus; pinnis tertiariis brevioribus, ovatis, obtusis, incis; denique (an semper?) paleis in rachi parce dispersis, nigricantibus. — In regione subalpina pr. Kandalax ad mare album (F. Nylander!); in gubernio Wjätka (Meyer!); Ircutia (*Asplen. sibiricum* Turcz! Cat. Baic.); Schibetzkoi Goletz (Schczukin!); ad Jeniseam fl. supra urbem ejus nominis ad amnem moletrinam agentem, Schiwerskoi pogost adscriptam inveni, Stellerus eandem speciem circa Ircutiam urbem legit, Krascheninnikowius e Kamtschatka misit (Gmel. sen. mss. — statio ultima adhuc dubia, an *Cystopteris montana* Hb. Acad. antiqui?).

65. *Athyrium Filix foemina* Roth. (Polypodium *F. foemina* L. 1753.) Lapponia sylv. et subalp. meridionalis (Wahlenb.): in reg. alpina pr. Kandalax ad mare album (F. Nylander Hb.!); Archangelsk (Bohuslaw!); Ustjug ad fl. Dwina (Lepechin); Fennia tota (Wirzén); ins. Hochland (Schrenk); Petropoli! (Kraschen. 4 variet. apud Weinm.);



Varsovia! (etiam transit. ad tripinn. 65  $\beta$ .); Lithuania (Eichw.); Volhynia et Podolia (Besser); Mosqua (Stephan); gubern. Wjätka (Meyer); Kasan (Hb. Graff!); Sarepta (Hb. Kühlew.!); in promontorio Caucasi ubique altit. 2400—3600' (Meyer!); in rupestribus pr. Darial 3900' (Meyer!); in monte Ssalwat pr. Nucha (Kolenati!); Turcomania bor. (Karelin); fl. Tobol (Falk); Songaria: in montibus Karkaraly et Ulutau (exped. Schrenk!); Sibiria Altaica frequens (Ledeb.); ab Irti ad lacum Baicalem usque passim vidi (Gmel. sen. mss.); in nemoribus Sibir. Baicalens. (Pallas! — transit ibi in f. tripinnatam uti pr. Schebutui: Turcz!); Nertschinsk. (Hb. Karpinsky!)

65  $\beta$ . *Athyrium Filix foemina*: tripinnatum. Fennia (Hb. Kühlew.!); in sylvis umbros. pr. Lenkoran (Meyer!) et in montibus pr. Astara altit. 1800—4800' (Hohenacker); Slatoust (Nesterowsky!); Dahuria ad fl. Schilka (Turcz! — forma rigida).

65  $\gamma$ . *Athyrium cyclosorum*\* *Indusium* brevius et sori plerumque rotundi. Petropawlowsk! (etiam pinnulis angustis) et Unalaschka!; Kadiak (Blaschke!). Ut videtur etiam pr. Kola in Lappon. ross. crescit. (Hb. Baer!)

65  $\delta$ . *Athyrium sitchense*\* *Frons* interdum 4pedalis; *indusia* brevissima fere *Cystopteridis*; *pinnae* primariae et secundariae pl. min. spatio pollicis dimidii disjunctae. Sitcha. (Mertens!)

*Athyrium sinense*\* e China bor. (Bunge!) differt a fatim a *Filice foemina*: pinnis primariis ad rachin coloratis, basi nudis, secundariis remotis et tertiariis serrulatis, 3—8 paria sororum foventibus.

*Athyrium fontanum* Presl (rectius *Asplenium*; *Polypodium fontanum* L.) teste Willdenowio et Kitaibelio in Hungaria crescit, unde numquam, sed A. Halleri cl. Sadler vidit. Georgi falsas verosimiliter stationes sequentes adfert: Livonia, Lithuania et regio Uralensis ad fl. Ufa. Pallas (It. II. 28) e mont. Ural. v. g. ad Zimskoi Zawod indicat, e Sibiria: Linnaeus, sed hic auctoritatem nullam adduxit, an Woodsiam glabellam vidit? aut novam sp. *Asplenii*? Revera



inter plantas *Stellerianas* n. 915 Hb. Acad. singularis status *Asplenii Adianti nigri* vel potius novum adest, quod cum *Asplenio* fontano tunc temporis confundi poterat; locus natalis latet et planta cum *Asplenio* obtuso *Kitaib.* ex Willd. mihi ignoto, in subalpinis Croatiae crescente, adhuc conferenda.

66. *Asplenium Adiantum nigrum* L. 1753. In Polonia parva Rossica, Lithuania et ad fl. Ural pr. Uralsk (auct. Georgio); Iberia (Steven!) et Albania (Eichw.); ad fl. Terek, nec non inter Tiflin et Alasan (Güldenst. it.); in umbrosis fruticetis montanis pr. Wakir (Mart. m. 1772 leg. Güldenstädt!); Guriel (Nordmann!); Radscha et ad fontes fl. Ingur in Swanetia (Koch! — forma simplicior microphylla); in rupibus territ. Elisabethopol. (Hohenacker! — pinnulis angustis ad *A. acutum* Bory vergit, jam in Croatia, Slavonia et Macedonia! inventum); in sylvis pr. Lenkoran (Meyer!).

*Asplenium lanceolatum* Huds. in rupibus Germaniae austr. et? Bohemiae (teste Wallr.) inventum differt ab *A. Adianto nigro*: fronde, praecipue sterili herbacea, obscurius virescente, plerumque opaca; pinnae primariae infimae succedentibus breviores sunt; secundariae latiores, breviores et truncatae.

67. *Asplenium Ruta muraria* L. 1753. Finmarkia orientalis et in rupestribus sinus Fennici, maris baltici et sinus bottnici v.g. circa Åboam pr. Pargas (Wirzén); gubern. Olonetz: in rupibus calcareis pr. Tivdjå inter Powienetz et Petrozawodsk (F. Nylander! Lindbl. Notis. 1844); Ingria, Livonia et Lithuania (Georgi); Polonia in muris vetustis pr. Weczchock (specc. polymorpha mis. cl. Szubert!); Volhynia et Podolia (Besser); Mosqua (Falk); Tauria, nec non in monte Maschuka et pr. Stawropol (Hb. Höfft!); in promont. Caucasi occid. versus rivulos Kischmalka et Kuma altit. 2400' (Meyer), nec non ad fl. Selentschuk (Kolenati!); Iberia (Steven!); ad fl. Terek pr. Tschin (Falk); Colchis et Albania (Eichw.); in prov. Karabagh pr. castellum Schuscha (Hohenacker; Szovits! inde *A. lepidum* Presl reportavit); — Slatoust

(Nesterowsky!); in fissuris rupium calcarearum Mertwaja Ssol dictarum pr. Iletzkaja Saschtschita (Lessing in Linn. 1834); in ditioe tota fl. Wolga et in prov. Isetensi (Falk et Georgi); Songaria: in fissuris rupium graniticarum montium Karkaraly, sed parcissime (exped. Schrenk!); Sibiria Altaica ad fl. Tscharysch (Ledeb.); Dahuria pr. Wedemskaja, ad fl. Angara et torrentem Balachta. (Turcz!)

*Asplenium fissum* Kitaib. ex Willd. in alpibus Germaniae australis! et Croatiae inventum, var. quadripinnatae *A. Rutae murariae* simile est, sed fronde tenuissime dissecta, pinnulis quartis et interdum quintis minutissimis facile agnoscitur. In montibus Tauriae et Caucasi quaerendum.

68. *Asplenium germanicum* Weis 1770 (*Asplen. Breynii* Retz. nomen forsán antiquius). Hactenus solum in rupibus Fenniae austr. pr. Helsingfors indicatum (F. Nylander), alibi forsán in Rossia media occidentali crescit (in finitimá Galicia et Bukowina sec. Zawadsky) *A. Rutae murariae* affinius est, quam *A. septemtrionali* et fronde superne simpliciter pinnata, pinnulis omnibus lineari-cuneatis, infimis tantum pinnatifidis, insignitur.

69. *Asplenium septemtrionale* Sw. (*Acrostichum sept. L.* 1753) Archangelsk (Bohuslaw!); in rupestribus Fenniae australi-occid. copiose (ipse) usque ad Forsby! et ins. Hochland (Schrenk); Petropoli (solo auct. Sobol. 1802); Lithuania (Georgi); ad fl. Tyram (Eichw.); in Polesia et Ucraina (Besser); in sylvis montosis pr. Charcow (Tschernajew!); Olbiopoli et in rupibus Tauriae (M. Bieb.!); in regione subalp. Caucasi occid. et in rupestribus ad torrentem Terek altit. 3600—6000' (Meyer); in monte Beschtau et pr. Pjätigorsk (Hb. Höfft!); in promont. orient. montis Ssarial (Kolenati!); in tractu Suwant 3000 - 4000' (Hohenacker); Ossetia aust. (Koch!); in rupest. Isetensis provinciae, ad Jaicum et ex occidente illius passim (Gmel. sen mss.); in ditioe superiore ad Jaicum et ad fl. Ui (Falk); Songaria: in montibus Karkaraly, Arkat et Aktau (exped. Schrenk!); Sibir. Altaica. (Ledeb.)

70. *Asplenium viride* Huds. (Asplen. Trichomanes ramosum L. 1753?) In gubernio Olonetz inter Powienetz et Petrozawodsk pr. Tivdja, in rupibus e calce primitiva formatis et in Fennia media orient. pr. Ruskiala eodem substramine (F. Nylander! Lindbl. Notis. 1844.); in rupibus Sibiriae ad Manam et Lenam fl. passim (Gmel. sen. mss.); Georgi sub n. A. Trichom. ramoso L. et Reichard sequentes stationes, mihi ut plurimum dubias, adfert: Ingria, Livonia, Lithuania, Donetz, Dneper, Räscher, Caucasus ad thermas, Georgia in districtu Kisichi, Ghilan. Potissime cum Aspl. Trichomane confusum videtur, a quo facillime: colore laetius viridi, stipite solummodo ad basin nigricante, rachi viridescente, pinnulisque evidentius crenatis differt.

71. *Asplenium Trichomanes* L. 1753. Fennia ad Ostrobothniam mediam usque (Wirzén); Ostrobothn. sept. pr. Pyhäjoki (F. Nylander); Fennia aust. in paroec. Korpo! et pr. Borgå! (ipse), magis orientem versus vix tuto inventum; ins. Hochland (Schrenk in Hb. Kühlewein!); Petropoli (sola auct. Georgii et Sobol.); Ingria, Livonia, Lithuania (Georgi); Polonia in monte Parchatka pr. Puławy (Szubert!); ad Tyram (Eichw.); Volhynia et Podolia (Besser); ad Tanain et Terek fl. nec non in ditone Uralensi ad fl. Ufa (Georgi; Pallas II. 28); Tauria (Pallas!); in monte Maschuka et pr. Stawropol (Hb. Höfft!); in Caucaso haud rarum (Meyer); Iberia et Colchis (Eichw.); Grusia et Armenia ubique (Koch!); in montibus Somchetiae, in monte Ssalwat pr. Nucha et in monte Ssarial (Kolenati!); in prov. Karabagh! pr. Astara et in tractu Suwant 500 — 4000' (Hohenacker); in ditone Uralensi pr. Tschebarkul et Sanarsk (Falk); Sibiria Altaica passim (Ledeb.); Fl. Baical. (Georgi I. 238.)

Procerius et macrophyllum occurrit in truncis arborum pr. Lenkoran (Meyer!) usque ad prov. Ghilan. (Gmel. jun.!).

72. *Scolopendrium vulgare* Symons 1798 (*Asplenium Scolopendrium* L. 1753). Polonia et Lithuania (Georgi); Cremenec (Besser); Caucasus bor. et Cachetia (Georgi); in monte Ssalwat pr. Nucha (Kolenati!); Betschkum, Swa-



netia et Radscha (Koch!); in sylvis pr. Lenkoran (Meyer!); Astara et pr. pagum Tangabun in tractu Suwant altit. 4000' (Hohenacker) usque ad prov. Ghilan!, Turcomaniam bor. et peninsulam Apscheron. (Karelin!)

73. *Camptosorus sibiricus*\* (*Asplenium rhizophyllum* L. 1753 pro p. quoad pl. sibir.) Sibiria! (Linne): in fissuris rupium excelsarum et praeruptarum ad dextrum Angarae fl. litus, 7 leucis ab urbe Ircutia ex adverso pagi Schilkina legit Steller! (ex Gmel. sen. mss.); Kamtschatka (solo auct. Georgio). Sat bene diversus ab americano *C. rhizophyllo* Link (1841): fronde plerumque brevior, angustior, basi ovata et attenuata (nec cordata), cuspidi apicali brevior, reticulatione venarum et soris paucioribus. Descriptio *C. rumicifolii* Link pariter differt.

#### IV. ADIANTACEAE.

74. *Lomaria Spicant* Desv. (*Osmunda Spicant* L. 1753) Lithuania pr. Grodno (Georgi); in montibus Nakerala ad limites territorii Radscha et Imerethiae (Koch!); — Kamtschatka (Pallas!) et Sitcha. (Mertens!)

75. *Pteris cretica* L. 1767. In tractu Drych et pr. pagum Tschaioru tractus Suwant frequens altit. 1000 — 4000' (Hohenacker); Mingrelia! Lenkoran! Turcomania ad fl. Bahu (Karelin); — in sylvis prov. Guriel! et prope Astara! pinnae plures inferiores divisae sunt.

76. *Pteris aquilina* L. 1753. In Fennia australi vulgarissima! inde ad Ostrobotniam mediam excurrit (Wirzén); versus fontes Dwinae pr. Ustjug (Lepechin III. 295); Petropoli! (Kraschen.); ins. Hochland (Schrenk); Livonia (Georgi); Lithuania (Eichw.); Mosqua! (Stephan); Varsovia (Szubert!); Volhynia et Podolia (Besser); Kursk (Hb. Höfft!); in gubern. Woronesch pr. Pawlowsk (Gmelin I. 125); in gub. Tambow (Meyer); ad Tanain (Georgi); Kasan (Hb. Graff!); Tauria! (tantum pinnis sublanuginosis diversa, an *Allosorus tauricus* Presl?); ad castellum Wladikawsk altit. 2400' (Meyer); Imerethia in districtu Okriba, ubi 6 pedes



alta (Georgi); prope S-chartali (Güldenst. it.); in dumetis et nemoribus pr. Lenkoran et in montibus Talysch quoque 3 — 5pedalis (Meyer); — in ditione Uralensi pr. Slatoust (Nesterowsky!) et ad fl. Ufa, nec non in prov. Isetensi et Barabiensi (Falk); in Sibiria ubique (Gmel. sen. mss.); Songaria: in montibus Karkaraly (exped. Schrenk!); Sibiria Altaica (Ledeb.!); ad fl. Jenisei et in Dahuria (Georgi); Fl. Baicalensi-Dahurica (Turcz. in Hb. Kühlew.!); Kamtschatka ad Klutschei ubi sparse in sylvis crescit (Kittlitz!) et prope Petropawlowsk! (longipes et brevipes); Sitcha! (eximie lanuginosa, praesertim partes juniores: *Pteris lanuginosa* Kaulf. Enum! p. 189 non Bory.)

Forma transcaucasica pr. Drych in tractu Suwant a cl. Hohenacker! lecta: brevipes, rigidissima, coriacea, pallida, pinnis omnibus aequalibus et tertiariis valde approximatis, margine revolutis. *Pteris brevipes* Tausch. Diar. bot. Ratisb. 1836. p. 427 (vidi quoque 1837 ejusd. diar.) saltem Petropoli ne varietate quidem distinguere potest.

77. *Pteris argentea* Gmel. jun. 1768. Ural (solo auct. Georgio); Sibiria Altaica in rupium fissuris ad fl. Katunja non procul a trajectu (Bunge ex Ledeb.); in rupibus apricis ad Ingodam copiose, rarius ad Jeniseam primo vere (Pallas!); ad lacum Baicalem pr. Kultuk (Turcz!); in rupibus circa Udense munimentum Krasnojarensis territorii Stellerus primo invenit m. Martio, dein in rupib. ad lacum Baicalem in regione hibernaculi, quod a Larice nomen sortitum est et abhinc ubivis in praeeruptis et sterilibus rupibus in vicinia Bargusinensis munimenti; ego in rupestribus Askisch fl. Krasnojarensis pariter territorii vidi. (Gmel. sen. mss.)

78. *Allosorus foveolatus*\* (*Cryptogramma acrostichoides* R.Br.? 1823 saltem Hooker et Grev. Fil. t. 29. Specc. Douglasiana! e fl. Columbia non exakte ad nostra referenda). Unalaschka ins. (Chamisso! Kastalsky!) et Kadiak! In primo fructificationis stadio valde similis *A. crispo*; dignoscitur tamen statura humiliori, frondibus sterilibus valde coriaceis et opacis, minus dissectis, tantum bipinnatis; rarius

pinnulae secundariae infimae pinnatipartitae; foveae in margine pinnularum paginâ superiore profundae.

79. *Allosorus sitchensis*\* Frons subtripinnata, pinnulae steriles minimae, tertiariae minute denticulatae, foveis marginalibus destitutae, fertiles margine semper (?) involutae, condensatae. Sitcha. (Mertens!)

*Allosorus Brunonianus*\* (Wallich!) e summis Himalayae alpibus Kamaon differt ab *A. foveolato* et *A. sitchensi* pinnulis sterilibus mucronatis.

80. *Allosorus crispus* Bernh. (*Osmunda crispa* L. 1753.) *Lapponia Kemensis* in Yllostunturi. (Liljeblad ex Wahlenb.)

81. *Allosorus Stelleri*\* (*Pteris Stelleri* Gmel. jun. 1768 in Nov. Com. Acad. Petrop. XII. t. 12. f. 1. frondes fructif.) in alpibus territorii Baicalensis ad fl. Oka (*Allosorus minutus* Turcz! ex Trautv Fl. Ross. 1844. t. 5 vix differt); in rupibus ad Bielam Janam et Judomum fluvios detexit Steller! (Gmel sen. mss. et Hb.!).

*Allosorus gracilis* Presl ex America bor. huic valde similis est, at recedit: fronde quidpiam tenuiore, ambitu latiore, ob pinnae infimas longiores pyramidata, nec anguste oblonga; pinnae inferiores plerumque pinnato-partitae (rarius tripartitae, quod semper in *A. Stelleri*), segmenta lateralia ovalia, terminale oblongum, nec subrotundum ut in *A. Stelleri*.

*Cryptogramma*, genus a cel. R. Brown pro recipienda quoque *Osmunda crispa* L. constructum, typo generis antiquioris *Allosori* adeo affine est, ut vix pro genere satis distincto haberi possit, licet e systemate Presliano imo ad longe diversam tribum amandandum sit; etenim contra auctoritates tantas ut Kaulfussii, Preslii, Linkii et Kunzei plantam *Unalaschcensem* pro genuino *Cryptogrammate* declarare coactus fui, ut e sequente *Allosori* generis divisione perspicitur: I. *Cryptogramma* R.Br. Frondes ut in sequente; sori secundum totum decursum venularum pinnulae, cujus margo primum involutus, demum explanatus. *A. acrostichoides*, fo-

veolatus, sitchensis et Brunonianus. II. Allosorus Bernh. Frondes steriles et fertiles dissimiles; sori versus apicem venularum pinnulae, cujus margo semper involutus. A. crispus. III. Homopteris\* Frondes omnes consimiles; pinnae superiores fertiles, inferiores plerumque steriles; sori ut in praecedente. A. Stelleri et gracilis. Haec sectio ad Cheilanthes fere transit et minus evolutione frondis peculiari et indusio marginali continuo diversa, quam habitu allosoroideo: frondibus herbaceis, stipitibus numquam rigidibus vel nigricantibus et c.

82. *Cheilanthes Szovitsii* Fisch. et Meyer. (Bull. Soc. Mosc. 1838 p. 241 descr.) Iberia (M. Bieb.!); prov. Karabagh (Szovits'): in rupibus pr. munimentum Schuscha (Hohenacker). Oculis jam nativis indumento villosocrispio in pagina frondis inferiore a Ch. odorâ Sw. (cui Ch. suaveolens Sw. quoque adscribenda) differt, intra fines Rossiae indagandâ, jam e Morea, Creta et Smyrna a me visâ et in Transsylvania a cl. Sadler indicatâ, sed planta sub hoc nomine ex Transsylv. a cl. Baumgarten (Hb. Fischer!) missa erat *Woodsia ilvensis*. Vix confundi potest Ch. Szovitsii cum *Woodsia ilvensi*, illius frons tripinnata (non bipinnatifida), pinnulae minimae, stipes teres nigrofuscus, ad rhizoma nigrosquamosus — aut cum *Notholaena Marantae*, quae frondem bipinnatam subtus lepidoto-squamosam habet.

*Notochlaena persica* Bory in Belanger Voy. Crypt. (1833?) p. 23 forsân eadem est ac *Cheilanthes Szovitsii*, sed haec a descriptione l. c. differt: stipite et eo magis rachi squamis ferrugineis tectis (non glabris), nec non pinnulis omnibus supra glaberrimis (nec leviter tomentosis).

83. *Adiantum capillus Veneris* L. 1753. Iberia (M. Bieb.!); pr. Tiflis (Kolenati!) ibi et ad fl. Terek (Güldenst. p. 197); Kutais (Nordmann!) ibi et in Imerethia bor. (Koch!); in lapidosis montosis pr. Baku (Meyer!); Turcomania ad fl. Bahu et pr. Astrabad! (Karelin).

84. *Adiantum pedatum* L. 1753: *Kamtschaticum*\* a typo habitu potius quidpiam alieno, quam characteribus



diversum v. g. pinnis primariis mediis plerumque longioribus (10 poll.), secundariis versus medium magis angustatis et toto apice inciso-dentatis, ibidemque sterilibus. Kamtschatka. (Merk! Pallas!)

84 β. *Adiantum pedatum*: Aleuticum (A. boreale Presl 1836) plerumque omnibus partibus minus quam typus; diramificationes stipitis saepe tantum 5 pollicaris minus arcuatae, breviores; pinnae primariae saepenumero 6—8 (sed et 4 vel imo 10 numerantur), 4—5 lineas longae. Pinnae primarias num. 8 etiam in spec. e „Terre neuve“ observavi, in sterilibus Pensylvanicis tantum 7, quorum pinnae secundariae Unalaschcensibus vix majores fuerunt, quare A. boreale qua speciem bonam haud distinguere possem. Unalaschka (Chamisso! et alii); Kadiak. (Langsdorf!)

*Adiantum capillus Junonis*\* in China bor. a cl. Bunge detectum, est species eximia, A. lunulato Burm. ut videtur proxime affinis, sed pinnis minoribus suborbiculatis, infimis suboppositis, stipite flaccido, superne subnudo, flagelliformi, apice spiraliter involuto (et radicante?) insignita.

## V. POLYPODIACEAE.

85. *Struthiopteris germanica* Willd. (*Osmunda Struthiopteris* L. 1753) Lapponia ad Sesjoki supra Utsjoki (Wahlenb.); pr. Mesen! et in gubern. Olonetz pr. Baranowa! (ipse); Petropoli! (Kraschen.) in umbrosis non rara; in Karelia versus Wiburg (Amman 1747); Mosqua (Stephan); Varsovia pr. Krupki (Szubert!); ad limites Lithuaniae et Curoniae pr. Illuxt (Eichw.); Kiew (M. Bieb.); gubern. Tambow et Wjätka (Meyer); ad Kamam (Pallas!); ad Wolgam et in Tauria (Georgi); ad fl. Terek, nec non inter Tiflin et Alasan (Güldenst. it.); in nemor. Caucasi pr. Wladikawkask! altit. 2400' et in sylvis montium Talysch pr. Lenkoran! (Meyer); — in ditione Uralensi Baschkirorum (Georgi II. 720); Slatoust (Nesterowsky!); deserto Barabae (Falk); in Sibiria ubique, prae ceteris autem locis insulas fluviorum amat arboribus consitas et palustria loca (Gmel. sen. mss.);



Sib. Altaica frequens (Ledeb.); Ircutia (Schczukin!); Fl. Baical. in sylvis ad lacum Duchowoi copiose (Georgi I. 238); Petropawlowsk (Mertens!).

86. *Polypodium rhaeticum* L. 1753. In regione alpina Lapponiae rossicae forsán totius v. g. Triostrowa, Kandalax (F. Nylander!) et Kildjn (Hb. Baer!). Stationes dubiae ex Georgio: Livonia, Lithuania et in regione Uralensi ad confluvios Bjelae. Vide etiam Pallas It. II. 28. reg. Ural. v. g. pr. Zimskoi Zawod. Species critica, saepe commutata vel praetervisa et genere adhuc dubia. Genuinus Linnaei fons est: Filicula rhaetica. . . Joh. Bauhin. Hist. 3 (1651) p. 740 in Rhaetia, nec non in monte Rossberg prope Mossmünster reperta; nullus Bot. Helvetiae aut Germaniae hunc locum illustrasse videtur, nec Hallerus. E specie Linnaeana excludendum forsán synonym. Hudsoni, in edit. secunda spec. plant. receptum (in Britannia non certo repertum) et synonym. Gouani, si circa Monspelium non crescit; a multis auctoribus cum variet. *Cystopteridis fragilis* commutatum, vide Schkuhr Fil. p. 54 et 58. Hallerus (Stirp. Helvet. 1768. nº 1710) legit in monte Chapuisse et sylva Combanivaz, in via ducente ad Lauterbrunn, in monte Rügen et in Vallorsine. In Pteridographia cl. Presl deest; b. Schkuhr indusium nullum vidit; forsán *Cystopteridi* naturalissime addendum, in statu maxime juvenili interdum rudimentum indusii adesse videtur, inter *Polypodia* saltem nullum affine. Observandum in viva planta, an dentes frondis sorum obtegant in modum indusii spurii uti v. g. in *Hypolepide* simili. Nostra eadem planta est ac Hercynica, Sudetica, Salisburgensis et Norvegica.

87. *Polypodium vulgare* L. 1753. Lapponia Tornensis pr. Vallivara (Wahlenb.); Fennia tota usque ad Lapp. sylv. (Wirzén); Archangelsk (Bohuslaw!); in australioribus Fenniae vulgatissime in rupestribus, orientem versus usque ad Wiburg! et Imatra! (ipse); Petropoli vero parcissime! (Georgi et Sobol.); ins. Hochland (Schrenk); Livonia (Georgi); Varsovia (Szubert!); Mosqua (Stephan); ad Tyram fl.

et Bug (Eichw.); Volhynia et Podolia (Besser); Ucraina (sec. Besser var. stipite ultrapedali, pinnis oppositis, omnibus soriferis); Tauria pr. Alupkan! (pedale): in promontorio et in regione subalp. totius Caucasi altit. 1200 — 6000' (Meyer! Kolenati!); pr. Lenkoran et Astara, in montibus Suwant et Drych (Hohenacker); in rupibus et truncis arborum prope Schuscha (idem!); Armenia (Koch!); Slatoust! (forma: *P. auritum* Willd.); in montibus pr. Kolywan (Falk) et ad fl. Tom (Georgi); Songaria: in montibus Karkaraly, Arkat et Sandyk-tass (exped. Schrenk!); a Jaico ad Angaram usque fl. et in rupestribus Baicalensis lacus! passim cum var. minore (*P. vulgare*  $\beta$ . Linne) provenit (Gmel. sen. mss.); Sibir. Altaica frequens (Ledeb.); copiosissime ad Jeniseam (Pallas!); Kamtschatka! et Unalaschka (Cham. et alii).

87  $\beta$ . *Polypodium* (vulgare) occidentale Hooker Fl. Bor. Am. 1840 differt a typo: pinnis omnibus attenuato-acuminatis, serratis. Sitcha (Mertens!).

88. *Polypodium Phegopteris* L. 1753. Lapponia ross. pr. Kola (Hb. Baer!) et Kandalax, nec non in Ostrobothnia (F. Nylander); Fennia austr. in paroec. Korpo! et pr. Wiburg! (ipse); ins. Hochland (Schrenk!); Petropoli! (Amman 1747); Livonia (Georgi); Lithuania in sylv. Bialoweża (Eichw.); Mosqua (Stephan); Cremenec (Besser); Polonia ad fl. Niemen et in monte St. crucis (Szubert!; ad Kamam (Falk); ad fl. Ob legit Martinus (Gmel. sen. mss.); in montibus Taganai ditionis Uralensis austr. (Hb. Meinshausen!); Sibiria Altaica pr. Smejow (Ledeb.); ad Selengam fl. (Georgi); ad torrentem Sludenka (Turcz!); Petropawlowsk! et Unalaschka! (Mertens!). — Hoc et *P. Dryopteris* Caucasum vix attingunt.

88  $\beta$ . *Polypodium* (*Phegopteris*  $\beta$ .) intermedium Hooker 1840. Kamtschatka pr. Petropawlowsk (Chamisso! et alii). Frondes quam in typo tenuiores; pinnulae secundariae in pinnis infimis serratae; venulae non simplices sed pinnatae; sori a margine quidpiam remoti; sed manifeste in speciem primariam transit, quacum in eodem loco crescit.

Pinnulae ad rachin formam crucis (Polyp. cruciatum Kaulf! 1824) tunc referunt, si pinnae primariae suboppositae sunt; sed hoc minoris momenti est, et etiam in specc. Europaeis et Dahuricis conspicitur.

89. *Polypodium Dryopteris* L. 1753. Lapponia ross. ubique (Baer!); Fennia tota (Wirzén); ins. Hochland (Schrenk); Petropoli! (Amman 1747); in saltu Waldaico et ad fl. Wjätka (Falk); Mosqua (Stephan); Livonia (Hb. Baer!); Lithuania pr. Wilnam (Eichw.); in sylvis pr. Varsoviam (Szubert! forma rigida); Cremenec (Besser); Kasan (Hb. Graff!); Permia et montes Uralenses (Georgi; Pallas II. 28); Slatoust (Nest.!); in omni Sibiria (Gmel. sen. mss.): Altaica passim (Ledeb.); inter Angaram et Jeniseam (Pallas! forma rigidiuscula); regio Baicalensis (Pallas III. 293; Turcz!) usque ad Petropawlowsk! ins. Atcha!, Unalaschka! et Kadiak!

89 β. *Polypodium calcareum* Smith 1804. Lithuania in sylva Bialoweża (Eichw.); Songaria in montibus Arkat, Karkaraly et Bujan-Aul frequens, nec in *P. Dryopteris* abiens (exped. Schrenk!). Praeter rigiditatem frondis chartaceae etiam pubescentia stipitis et racheos a typo differt; pinnulae autem duplo minores, stipes basi squamosus et sori confluentes, quibus b. Smith distinctum contendit, non semper in hac var. interdum vero in typo conspiciuntur. A praestantioribus auct. pro forma locis apricis (ubi plures Filices sylvaticae rigidiores texturam adquirunt) calcareis aut gypseis enata habetur. Pubescentiam (quam Smithius silet) nondum variabilem inveni.

89 γ. *Polypodium disjunctum*\* Sitcha (Mertens! Fischer!). Ultrapedale; consistentia frondis tenuissima; pinnae primariae infimae 6 poll. longae, non computato stipite partiali ultrapollinari; pinnulae tertiariae infimae 2—3 non continuae, sed spatio 3—4 linearum disjunctae, venulisque ibidem furcato-pinnatis (non ut in typo simplicibus).

90. *Woodsia ilvensis* R. Brown (*Acrostichum ilvense* L. 1753). Nowaja Zemlja in rupibus lit. occid. (Baer); Lapponia sylv. et subalp. tota usque ad Ustjoki (Wahlenb.);



*Fennia* aust. occid. copiose in rupibus usque ad Forsby! (ipse); ins. Hochland (Schrenk); inter Petropolim et Wiburg (Korin in Hb. Karpinsky! sed loco specialiori ignoto: inter Bengtila et Sitola in via ad catarractam Imatra inv. excell. Fischer!); — *Tauria* (Pallas) et *Caucasus* (Steven!; an var.?): in rupibus montis Sichnämindagh tractus Suwant altit. 3000' (Hohenacker). — *Slatoust* (Nesterowsky!); in districtu *Baschkiriae* Uralensis et pr. Kolywan (Falk); *Jekaterinburg* (Georgi); *Songaria*: in montibus *Karkaraly* et *Bujan-Aul* frequens (exped. Schrenk!); *Sibir. Altaica* in rupest. frequens (Ledeb.); in rup. montium nivalium ad *Baicalem* (Georgi!); in omni *Sibiria* in rupestr. a *Jaico fl.* ad *Ochotense* usque mare (Gmel. sen. mss.); ad *Bystram* et *Okam* (Turcz! — var.? intermedia \* glabrior, pinnis obtusioribus), usque ad *Kamtschatkam* (Erman!); pr. *Petropawlowsk*!

*Woodsia subcordata* Turcz! in rupestribus umbrosis *Mongholiae chin.* (a statione *Daban-Urto* versus bor. orient. m. *Majo* legit *Ladyschinsky*!) differt a *W. ilvensi*: pinnis primariis tantum 3—3½ lin., basi 2½ lin. latis, cordato-ovatis, obtusis, crenatis et parum tantum incis, parce squamosis, pellucidis, sed specc. tantum juvenilia vidi; a *W. hyperborea* pinnis multo minus profunde incis et rachi dense pilosa recedit.

91. *Woodsia hyperborea* R. Brown (*Acrostichum alpinum* Bolton 1790). In *Lapponia Norvegica* et *Suecica* v. g. ad *Torneoträsk* (Wahlenb.), hinc verosimiliter etiam in finitimis regionibus *Lapp. Fennicae*, praesertim *Enontekin* versus. His jam scriptis, cl. *Tengstroem jun.* et *W. Nylander* hanc ipsam speciem a *Sudetica* et *Pyren.* ne hilo quidem recedentem, unico loco et quidem sat demisso *Fenniae austr. orientalis* in paroecia *Ruskiala* detectam ad me miserunt. *W. hyperborea* Turcz. *Catal. Baical.* est probab. var. intermedia *W. ilvensis* supra memorata. Species haec valde affinis est *W. ilvensi* et ab auctoribus *Anglis* saepe confusa; in *W. hyperborea* frons primo intuitu subglabra, pili enim tenuiores oculum non armatum facile fugiunt; pinnae prima-



riae quam in *W. ilvensi* breviores sunt (plerumque  $2\frac{1}{2}$ — $3$  lin. rarius  $4$  lin.), hinc formae ovato-rotundatae, semper obtusae, minus profunde divisae (interdum in sp. e Pyrenaeis simplices): hinc pinnae secundariae minus evolutae, ad summum  $4$ — $5$  soros gerentes; sori nequaquam totum parenchyma obtegunt ut in *W. ilvensi* evoluta, unde frons transparent, tenuior etiam, nec subtus paleis crebris rufescentibus tecta ut pariter rachis et stipes supra articulum; in Engl. Bot. t. 2023 stipes tamen dense paleaceus depingitur. — Sed in specim. Turczaninowii *W. ilvensis*, nec non dahuricis pr. Nertschinsk (in Hb. horti Imp. Petrop. ass.), ut etiam Finmarkiae pr. Hammerfest lectis (*Polyp. hyperboreum*  $\beta$ . gracile Wahlenb. Fl. Suec.?) frons quoque satis tenuis, subtus soris parvis tantum nec paleis obiecta, hinc pellucida, pinnae primariae et secundariae valde obtusae: *W. intermedia* \*. An haec propria species? an transitus ambarum specierum? Specimina *W. intermediae* simillima e Sabaudia (in Hb. Fischer) quoque vidi, an *W. alpina* Tausch 1839? *Woodsias*, ob stipites versus basin articulato-nodosos (character eximius!), pilos capsulis inspersos et venas flabellatas a *Polypodiis* reliquis genere naturalissimo distinctas servare numquam non possem.

92. *Woodsia pilosella* \* In montibus Ilmensibus ditionis Uralensis alt. 1140 ped. (*W. hyperborea* Lessing! in Linn. 1834; Meinshausen!); Songaria: in montibus Ulatau (exped. Schrenk!). Frondes  $2$ — $2\frac{1}{2}$  pollic., dense pilosellae; pinnae primariae tantum 2lineas longae, obtusae, basi  $1\frac{1}{2}$  lin. latae; discedit a *W. hyperborea* simillima: stipite et rach; crassiore; fronde rigidior, mox opaca, supra ad venulas sulcata; soris totam paginam fere obtegentibus; pinnis primariis inferioribus nonnullis sensim minoribus et remotioribus, reliquis quam in *W. hyperborea* angustioribus et brevioribus, nihilominus tamen profundius divisis, ita ut paria  $3$ — $4$  pinnae secundariae discerni possint; jam ob rachin satis dense pilosam et imo paleaceam *W. glabella* esse non potest. In monte Ilmentau variare videtur micro- et macro-

phylla: pinnis prim. lineam tantum longis — vel lineas 2 latis.

93. *Woodsia glabella* R. Brown 1823. In rupibus reg. Baicalensis ad Sludenkam, nec non ad torrentem Balachta (Turcz! in Hb. Acad. Fisch. et Mey.); in rupestribus Angarae fluvii (Steller! ex Gmel. sen. mss.); an etiam in prov. Isetensi ut Gmel. ibi asserit? — inter Ircutzk et Ochotzk, nec non in Kamtschatka (Hb. Fischer). Fronde cum rachi glaberrima, stipite interdum paleis paucissimis obsesso differt a *W. hyperborea*; pili exceptis soris nullibi conspiciendi; pinnae primariae inferiores semper steriles et breviores reliquis ( $1\frac{1}{2}$  lin.), superiores 3 rarius 4 lineas longae, acutiores et profundius incisae ac in icone Hookeriana (Fl. Bor. Amer. t. 237), quare forsan planta nostra qua var. sibirica (*W. heterophylla* Turcz! in sched. 1828) separanda erit, si haec differentia in americana constans observabitur. In caespitibus plantae sibiricae etiam frondes minores immixtae inveniuntur: pinnis lineam tantum longis, capsuliferis, quae vix ab americana distingui possunt.

94. *Woodsia asplenoides* \* *Mongholia chin.* et? *Dahuria* vicina (Schangin). Occurrit pollicaris vel etiam tripollicaris, sed pinnae primariae omnes subrotundae, minutae, vix lineam longae: inferiores steriles, incisae: superiores indivisae, crenulatae, quod frondem angustissime linearem reddit; cum *W. glabella* sibirica igitur minus coincidit, quam cum icone Hook. t. 237, sed etiam ab hac fronde saltem duplo angustiore, forma pinnarum et gracilitate recedit. Habitus *Asplenii* viridis minuti, sed pilis capsulis intermixtis, stipitibus articulato-nodosus, numquam fusco-nigricantibus omnis commutatio impossibilis redditur.

## VI. GRAMMITACEAE.

95. *Gymnogramma Ceterach* Spreng. (*Asplenium Ceterach* L. 1753) Varsovia (Szubert Spis rosl. p. 4.); Tauria (Pallas!); ad fl. Terek, nec non in campis pr. Tiflin (Guldenstaedt!); Somchetia bor. (Koch!) v. g. pr. Priut (Kole-

nati!); in rupestribus pr. Baku (Meyer!); in montibus prov. Talysch et in rupibus pr. pagum Sultanrenti! prov. Karabagh orient. (Hohenacker); in monte Knis ejusd. prov. (Szo-vits!). Statio dubia: in montibus Werchoturensibus prope fodinam Kundschacovensem Ljalensibus aeris officinis adscriptam accepimus. (Gmel. sen. mss.)

*Gymnogramma leptophylla* Desv. (Polypod. leptoph. L. 1753) jam in provinciis Rossiae conterminis: Ghilan et Lazistan!

## VII. ACROSTICHACEAE.

96. *Notholaena Marantae* R. Brown (*Acrostichum Marantae* L. 1753). *Rossia nova*, ad mare nigrum inter Borysthenem et Tyram (Georgi); *Iberia armeniaca* (M. Bieb!); in locis aridis saxosis prov. Karabagh (Hohenacker!) v. g. in monte Guög-dasch pr. pagum Bojan ad fl. Kotschkar (Kolenati!). Statio dubia: ad Baicalem pr. sinum Pestschanka sec. Pallas It. III. 293.

